1984

I. N. J.

DISPUTATIO JURIDICA

DE

JURE ARMORUM ET ARMANDIARUM

Quam

SUPERIORUM INDULTU IN ILLUSTRISS. ERFFURTENS. ACAD.

MODERANTE

Viro Conſultiß. & Excellentiß.

DN. JOHANNE SCHMIDELIO D. & P. P.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

AUTOR

Wulff Brocktorff EQVES. HOLSAT.

IN AUDITORIO COELICO

Die $\frac{21.}{11.}$ Januar. A. C. 1671.

EDITIO SECUNDA ab ipſo AUTORE multis in locis aucta & correcta.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ERFFURTI

Literis Dedekindis & Schildknechtianis. M. DC. LXXII.

Impenſis Johann Oethten/ Jenenſis.

FRIDERICUS
NASSOVIÆ PRINCEPS, COMES CATTIMELIBOCI, VIANDÆ, DECIÆ, LIMBORGI, BRONCHORSTI &c. DYNASTA BEILSTENII, INSTIRUM, WISCH, BORCKELOE, LICHTEN: VOORTEN &c.

AD

NOBILISSIMUM AC POLITISSIMUM

DOMINUM

BROCKTORFFIUM

OB THESES DE JURE ARMORUM SOLIDE AC ERUDITE CONSCRIPTAS, NEC MINUS MASCULE CONTRA MACHINAS INSULTANTIUM DEFENSAS.

NOn amat abſcondi virtus, celata coruſcat
Ignis ut è latebris clarius usq; micat:
TE ſplendere facit, BROCTORFI, Nobile Stemma:
Quæ tamen ipſe patras, plus ea lucis habent.
TE Pater Æneas: TE Frater ſuſcitat HECTOR:
His niſi major eris, non tamen eſto minor.

COLLEGII JURISCONSULTORUM *IN* ACADEMIA ELECTORALI ERFURTENSIUM ADGRATULATIO

AD GENEROSUM AC NOBILISSIMUM
DOMINUM

Wulff Brocktorff/

EQVITEM HOLSAT.
Hæreditarium in Wenſin/ Gartz/
Rolſtorff/ &c.

POSTQUAM DISPUTATIONEM SUAM
ERUDITE CONSCRIPTAM IN PUBLICA CATHEDRA
SUMMA CUM LAUDE ET ADMIRATIONE TOTIUS
UNIVERSITATIS DEFENDERAT,
ULTRO OBLATA.

SI ille generoſiſſimus eſt, judice Fabio, non qui claritate naſcendi, ſed qui virtute maximè excellit, inſigni prorſus ſpecimine, Generoſe Juvenis, fidem omnibus abunde confirmaſti, quàm Tibi hactenus curæ cordique fuerit, ut natalitio decore neutiquam contentus ſummum veræ ſolidæque Nobilitatis faſtigium aſſequaris. Cum enim vita tua, quamdiu eam aqud nos transegiſti, ſoli honeſtati morum ſtudiisque dedita jam antè optimam de Te nobis ſpem & opinionem excitaſſet, quàm minimè ea nos fefellerit, affatim experti ſumus, ubi nuper in Illuſtriſſimo & frequentiſſimo Auditorio, nobis etiam præſentibus & arbitris, Theſes de Armorum Jure doctè à Te elaboratas publicè defendiſti. Equidem niſi Te ex loco & habitu accuratius noviſſemus, veremur

pla-

nè, ne anceps cura aliquamdiu nos diſtractos habuiſſet, juvenem ſub alterius moderamine ſe exercentem, an ſenem dudum exercitatiſſimum alteri præſidium commodantem audiremus. Tanta ſe oſtentabat ingenii Tui promptitndo, tàm firmum judicii acumen, tanta denique facundia, ut cuncta tela Antagoniſtarum, quos tamen nonnullos ætate & profeſſione diſpares habebas, ſine mora frangeres, isque, quem ex noſtro Ordine Præſidem Tibi elegeras, vix aliquando magis ſuo loco conſederit otioſus. Atque nunc omninò non dubitamus, quin veriſſima ſint, quæ anteà privatim de extemporali & informi Theſium Tuarum partu apud nos conqueſtus es, quodque imperio paterno, cui ſemper religioſiſſimè obſequeris, tantis moræ anguſtiis circumſcriptus uno alterove loco aliena potius, quàm propria ingenii ſcrinia tumultuaria ſelectione compilare neceſſe habueris. Perſvaſiſſimum enim nobis eſt, nihil utique ab ingenio tuo poſſe proficiſci, quod ſufficienti cura elaboratum non elegans ſit, eruditum, ac elimatiſſimum. Sed tamen vel hoc ipſum, quo Te apud

apud nos excuſandum putabas, in laudes Tuas, ſorte Te non opinante, magis magisque vergit. Annon enim egregium eſt, ſubitaria, minusque tuta præſidia pari animoſitate & ſucceſſu adverſus hoſtiles inſultus tueri, quàm aliquod annorum ſumptuoſa opera? Mactè ergò virtute & indole Tua, juvenum optime, & laudibus his non tam patere Te corrumpi, quàm ad ea excitari, quæ Tibi ad ſolidæ eruditionis complementum reſtant. Ita enim fiet, ut brevi inter præcipua ſeculi noſtri Ornamenta habearis. Ad quod Tibi vitam & integritatem corporis animique cordicitùs precamur, utque Academia noſtra plures Tui ſimiles habeant, qui pariter gloriæ ejus operaturi ſint, optamus. Vale. DD. Erfurti, 11. Id. Januar. A O.R. 1671.

****

Generoſiſſimo & Nobiliſſimo Domino.

DN. Wulff Brocktorff /

EQUITI HOLSATO &c.

Poſtqvam Diſputationem ſuam de Jure Armorum Magna cum laude defenderat

GEORGIUS CHRISTOPH. PETRI, D. Med. Med. Elect. Mogunt. & Erfurtenſium Ordinarius Facult. Med. Aſſeſſor.

SUnt, quos delectat maleſvada Volupia: Liber
Quos Pater eſſe ſuos jubet, aut Cytherëia Mater;

Quos-

Quosve ſubinde pigræ ſacros juvat eſſe vacunæ,
Atque inſtar pecorum, voluit famulantia Ventri
Quæ Natura Parens, conſumere nobile Tempus:
At nihiloſecius jactant ſine fine triumphos:
Majorum, & pictos in curribus Æmilianos:
Hi velut Æſopi cornix, Junonius ales
Quam decorat plumis, alienâ laude coruſcant:
Ut quondam Arcadicus Sileni vector avitum
Trinacrios genus adfertur retuliſſe caballos.
Non ita *Magnanimi* BROCTORFIUS æmula proles
Et ſpes ſola *Patris* juveniles deterit annos:
Nam decus à proavis, & quô non eminet ipſe,
Vix putat eſſe ſuum propriô conamine clarus,
Auſibus egregiis Virtutis culmina ſcandens:
Entheus hunc Themidos rapit ardor ad æthera, cujus
Se myſtam exhibuit noſtro cum laude Lycæo,
Quâ duce conſpicuum caput inter ſidera condit.
Macte decus Juvenum, dignosque laboribus olim
Fructus carpe tuis: PATRIÆ PATER annuet, & Te
Inter præcipuos famâ adplaudente locabit:
Vive diu incolumis! Titulis & honoribus auctus
Serus ad aſtra redi! Sic optat *Muſa Petrina*.

****

OMnia ſidereo quæcunque ſub æthere luſtras,
Fluxa, caduca vides, & iniquo obnoxia fato;
Non homini ſoli ſtat inevitabile punctum,
Sceptra ſuperba labant, ſunt & ſua funera Regnis,
Marmora mors lacerat, Veterum monumenta fa-
liſcunt,

Sola

Sola ſibi Virtus parit indelebile Nomen,
Purpureis vehit huic addictos Fama quadrigis.
Te Broctorſiadem, *qui ſplendida facta Parentum*
Illuſtrare novà ſtudiorum luce laboras,
Gloria magna manet, decus atque perennius ære:
Namque opus exactum eſt, quod non Jovis ira, nec ignis,
Non poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.
Ardua pertractas, Mavortia tela capesſis,
Arma fremisque, Libro doctà praeunte Minervà
Digna ſago atque toga monſtras molimina, perge:
Accinit, heus! Helicon! In utroque excellere pulchrum.

Sebaſtiani Ramſpeck Ex-Profeſs.
Heidelberg. Applauſus ſynchariſticus.

****

SAncitæ leges orbi dominantur & arma,
Illæ temporibus dulcibus; hæcce feris:
His clareſcenti quid naſcitur? ardua virtus,
Ex hac quid trahitur? Nobilitatis honos.
Ergo cùm primùm, BROCKTORFF, ſis ſtemmate clarus,
Nam Patris & Matris ſanguine natus Eques.
Imo cum Legum ſis conſultiſſimus: *Arma*
Quo tractanda ſient nunc quoq; jure refers.
Hinc quid proſequeris, decus admirabile ſecli;
Nobilis en *geminus* ritè probèque clues!

DANIEL BüTTNERUS, Mindenſis-Weſtphalus, J. U. Candid. p. t. Generoſiſſ. Dn. BROCKTOFF. Equit. Holſat. Ephorus,

,†,

VEreor eqvidem, ne qvem forte in limine ſtatim offendat titulus hujus diſſertationis, de JURE qvippe ARMORUM. An enim jus in eo non temerè qvæſituri videamur, qvo nihil qvicqvam magis juri adverſum eſt, qvodq; ſibi ipſi ſummam & efficaciſſimam juris tribuit auctoritatem? Enimverò jus nihil aliud eſſe dicebat Thraſimachus ille Platonis, qvàm qvod placeat ac utile ſit armis potentiori. Eadem Protagoræ, Ariſtonis, Pyrrhonis ſententia. Apud Plutarchum Lyſander machæram oſtendens: *hanc qvi habet*, inqvit, *is optimè de terrarum finibus diſputat.* Cum Romani è Brenno Gallorum Principe qværerent, qvo jure alienum agrum invaſiſſet cum tantis minaciis, *ridenda viſa eſt Gallis de jure diſputatio inter pueros agitanda potius, qvi par impar luderent;* ſe enim ſtrepentibus armis legum vocem exaudire non poſſe; & Brennus manu ad capulum admota, *ecqvid ille ſatis peritus Legislator videretur?* viciſſim qvæſivit, ut è Livio & Plutarcho refert BRUNNERUS *Annal. Boicorum, lib. 1.* Qvid? totius qvondam ſeptentrionis hæc indubitata Lex fuit, *juſtè poſſideri, qvicqvid vi aut armis qværetur* apud CRANZ. *Wandal. lib. 1.* Qvod ipſum more totius gentis pro ſummo qvoqve jure c luit Bajazethes, filius Amurathis, Turcarum Imp Cum enim Legati à Sigismundo Rege Hungariæ ad eum veniſſent, mota de injuria qverela, qvod à nemine

 leceſ-

laceſſitus Bulgariam invaſiſſet, Hungariæ regno ſubjectam; ſuſpendi in parietibus juſſit diverſi generis arma, tela, ſagittas, acinaces, clypeos, ſariſſas, & Legatis in conſpectum admiſſis: *dum* inqvit; *iſta, qvæ cernitis, nobis ſuperſunt, ſupereſt jus qvoq; non ad Bulgariam modo, ſed ad Croatiam, Dalmatiam, & ipſam Hungariam*, memorante DUBRAVIO *Hiſt. Bohem. lib.* 25. Qvod potentiſſimus qvidam Europæ Princeps Legato cuidam jus ſui Regis ſcripto exhibenti reſpondit, recentius eſt, qvàm ut ſine invidiæ periculo heic exprimatur. Qvæ Sapientum pariter ac Potentium decretis judiciisqve firmata non in utilem tantùm, verùm etiam temerarium videri poſſunt minari laborem, ſi qvis aliunde, qvàm à ſuo robore propriaqve vi juſtitiam armis qværere & conciliare conetur. Verùm enimverò ſi fatendum, qvod res eſt, hæc & ſimilia alia qvam plurima, qvæ paſſim obviam ſunt, tantum abeſt, ut mihi qvalitercunqve ſuſpectum fecerint hoc argumentum, ut potius vel præcipuam ei ab hac parte commendationem ſubinde ſim pollicitus. Si enim hæc non magis ex longè lateqvè imperandi libidine, aliisq; intemperiis corrupto adfectu, qvàm ex vero prolata exiſtimari deberent, qvæ, qvæſo, tanta calamitas, perturbatio, ac miſeria foret, cui non obnoxium à natura factum eſſet genus humanum longiſſimè infra omnium belluarum ſortem collocandum; qvod tamen benigna mater tot præcipuis non corporis magis, qvàm animi dotibus & promtiſſimis ad mutuæ ſocietatis & tranqvillæ beatæqve vitæ cultum inſtrumentis exornavit. Enimverò ſi arma nullo jure regerentur, ſi vis omnis in ſe ipſa præſidium innocentiæ haberet, fruſtrà latrocinium ab abſtinentia, pietas à parricidio, obſeqvium à perduellione diſtingverentur, nec magis probro ac infamiæ qvondam eſſe potuiſſet, hoſtem Reipubl. vel humani generis, qvàm patriæ patrem declarari. Ita verò nihil reliqvum eſſet ad ſuſtinendam in rebus humanis imperiorum autoritatem repri-

reprimendam ſcelerum ac flagitiorum qvorumcunq; licentiam, firmanda deniq; vitæ ac ſalutis noſtræ præſidia. Qvod nunqvid ex animi ſententia hi ipſi voluerint, qvos adverſa opinio antea patronos jactavit, ſi ex iis qvæſiviſſes, omninò dubitandum. An enim omnes, etiam ſatellites ſuos & ſtipendiarios, in cædem & exitium ſui qvaſi laudata facinoris pulchritudine invitare voluiſſe præſumi poſſunt? Qvos verò aliis erga ſe à natura & honeſtate præfixos violentiæ & armorum limites agnoverunt, qvomodo eosdem non ſibi qvoq; erga alios præſcriptos recto ſanoqve judicio exiſtimare potuerunt? Neqve enim qvisqvam hominum, qvantumvis ſumma & ampliſſima imperandi autoritate præditus immunitatem qvandam aut privilegium ſibi à natura, aut ſupremo orbis Imperatore indultum hactenus, ſi rectè memini, allegare, nec ſubleſtâ teſtium aut inſtrumentorum fide confirmare potuit, ut magis ſibi, qvàm aliis, aliena rapere, innoxium ſangvinem profundere, juris deniqve jurandi, fideiq; datæ religionem contemnere liceret. Tanto ergo illuſtrius ac pretioſius nobis hoc thema viſum eſt, qvanto vel potentiores ſunt, qvos peſtilentisſimi erroris ſui commonefacit, eorumqve adfectus exorbitantes à vaſtitie generis humani ad publicæ tranqvillitatis ſtudia retrorſum flectere annititur. Cæterum me qvod attinet, cui (vereor, ne improbe dicam,) majorum inſignia asſidui ad gentilitiæ virtutis æmulationem ſtimuli ſunt, non pariter qvicqvam Nobilem decere identidem exiſtimavi, qvam ſi ſciat, qvomodo & armis & ratione rectè ſit utendum. Ab utrisqve enim demum vera pendet Nobilitas. Hinc ergo mihi præcipuè conſtitit ratio hujus propoſiti, qvod tamen jam prolixius eſſe ſentio, qvàm ut Academicæ diſſertationis anguſtiis integrum contineri qveat. Aliud enim jus Armorum, qvibus gens cum gente, civitas cum civitate, populus cum populo colli-

liditur, aliud, qvod armorum uſum in qvaqve Republ. Legislatoria vel judiciaria auctoritate temperat. Atqve hoc rurſus pro multitudine civitatum multiplex eſt, nec una ſibi facie ubiqve conſtans. Qvare ut per gradus incedamus, hac qvidem vice tantummodò de *Jure armorum privato* in Rep. noſtra Romano-Germanica tractabimus, reliqvas hujus argumenti partes in aliud tempus cum Deo reſervaturi.

CAPUT I.

De NATURA, VARIISQVE GENERIBUS ARMORUM.

SUMMARIA.

1. *Origo vocabuli Armorum.*
2. *Arma pro qvibuslibet inſtrumentis.*
3. *Clericorum arma qvænam*
4. *Pro militaribus accepta latiſſimè qvævis etiam munimenta, item venena complecti.*
5. *Arma pro hominibus armatis.*
6. *Pro inſignibus gentilitiis;*
7. *An plebejis conceſſus ſit uſus aperta in inſignibus galea*
8. *Qvid arma propriè hoc loco.*
9. *Qvid ſub lata armorum ſignificatione comprehendatur.*
10. *Tela pro armis, & qvid propriè tela.*
11. *Ornamenta pro armis.*
12. *Armorum variæ diviſiones.*
13. *Culter an inter arma lethifera.*
14. *An lapis?*
15. *Utrum lapide qvem occidens ordinaria homicidii pœna afficiatur?*
16. *Explicatio* l. 41. ff. de V. S. & l. un. C. de emend. ſerv.

17. *Uſus*

17. Uſus armorum præcipuus.
18. Uſus ſecundarii.
19. Gladius character imperii.
20. Inveſtitura Regni vel feudi Regalis per gladium.

ARmorum vox unde deſcendat, ſupervacuum erit eorum exemplo ſuperſtitiosè inqvirere, qvi omnium vocabulorum originem ab aliis anxie repetunt. Qvaſi vero hic in infinitum, à qvo alias ubiqve abhorret natura, daretur progreſſus; nec eſſent voces primigeniæ, ſeu, qvas Hebræi vocant, aliarum radices. Enimverò ſi Joh. Goropii Becani hypotheſis non magis arguta; qvàm vera eſſet, ſine mora diceremus, à Germanico Arm qvod brachium ſignificat, arma derivari, qvod à brachiis dirigantur, ac pleraqve vim ſuam ac robur inde accipiant. Jam verò cum multis probabilius ſit, Germanicum potius à Latino deſcendiſſe, nihil dicere reſtat, qvam aut ipſam hanc ſui eſſe originem, aut certe eam non amplius apparere. VARRONIS enim derivatio Stoica magis, qvam Grammatica eſt, dum ab arcendo eam deducit, *lib. 4. de Lat. Ling.* Qvam vero Feſtus Pompeius huic parentem tribuit, illam ego eandem cum hac ipſa eſſe exiſtimaverim, ſaltem in plurali numero aliter flexam. 1.

Planè enim exiſtimo, eodem modo, qvod dicimus, *locus loc. & loca*, dixiſſe etiam veteres, *armus, armi & arma.* Cujus rei argumento eſt, qvod arma non tantùm militaria, verùm etiam alia qvævis inſtrumenta, qvæ brachiis & manibus tractarentur, fortè per metonymiam ſignificarent. Sunt enim propriè armi, definiente eodem Feſto, humeri cum brachiis. Ita ruſticorum inſtrumentis armorum nomen tribui obſervat *PHIL. BEROALDUS ad Apul. Metam. lib. 6 p. 755.* Neſcio an huc qvoqve pertineat, qvod Jure Canonico Clericorum arma ſunt orationes & lachrymæ, *can. convenior. 1. verſ. qvid ergo ca ſ. 23. qv.* 8. *Can. ult. diſt. 36. c. porro. cauſ. 16. q. 3.* Vid. *JACOB.* 2. 3.

COB. MENOCH. tract. de Arb. Jud. Qv. lib. 2. centur. 4. caſ. 394. num. 31. p. m. 719. Sic arma bellica & ſeculi opponuntur armis ſpiritualibus Eccleſiæ, *2. Feud. c. 21. de Vaſallo, qvi arma bellica depoſuit;* Eodem modo vocantur arma ſtudioſorum libri, *GOEDDEUS ad L. armorum 41. ff. d. verb. ſign. n. 6.*
4. Ubi verò hæc vox poſtea militaribus ſolis inſtrumentis adhæſit, intra hunc uſum latius porrò extendi cæpit, ut qvævis etiam munimenta & præſidia bellica, imò qvicqvid hoſtibus nocere, aut eorum vim ſiſtere ac reprimere poteſt, ſignificaret. In hac latitudine ſub armis qvoqve comprehenderentur venena, ſed judicio ac more perpetuò inter gentes damnata & pro infamibus habita. Vid. *GROT. de Jure bell. & pac. lib. 3. cap. 4. n. 15.* Cœterum à ſtrictiori
5. ſignificatione deſcendit illa metonymica, qva arma homines interdum armatos, *HUGO GROT. de Jure bell. & pac. lib. 2. c. 16. n. 4.* interdum & inſignia gentilitia denotant. *THEODOR. HöPPING. cap. 1. de jure inſig. n. 31. & ſeqq.* Sive qvia olim
6. virtuti præſertim militari imaginum jura tributa. *CICER. 7. verr.* ſive qvia armis honos iſte qvæſitus eſt, ſive qvod inſignia in ipſo clypeo eſſent depicta, unde inſignia Nobilium indigitantur Waffen mit offnem Schild und Helm / vide *NOLDEN. de ſtatu Nobil. cap. 15. §. 1. theſ. 155. & ſeqq. THEOD. HöPPING. d. tr. de Jure inſign. dc. loc. BARTHOLOM CHASSANEUS in Catal. gloriæ mund. concluſ. 20.* Plebeji enim ſibi non poſſunt eligere
7. inſignia, qvalia Nobiles ſibi hodiè uſurpant cum apertis galeis, ut confuſio evitetur. Doctoribus tamen etiam absqve ſpeciali Imperatoris conceſſione id permiſſum eſt, dummodo ab inſignibus certæ familiæ propriis abſtineant. *MATTH. STEPHAN. de Nobil. cap. 6. n. 5. CHASSANEUS d. concluſ. 20. CHRIST. BESOLD. in tract. de Nobilit. fol. 116. & in Theſaur. pract. verb.* Wappen..

8. Sed inſuper habitis ſignificationibus iſtis impropriis & ab inſtituto noſtro alienis armorum appellationem in hac Diſputatione legali & politica, legaliter ſeu technicè accipimus,

qvo

qvo ſenſu definiri poſſunt *inſtrumenta inanimata, qvibus vis adverſario infertur, aut ab eo illata repellitur.* Hoc ſenſu iterum hæc vox vel ſtrictè ſumitur, ut ex fine facientis & comparantis illa propriè arma intelligantur, qvæ per ſe ac principaliter ſecundum naturalem uſum, ad offendendum & defendendum ſunt ordinata, ut gladius, lancea, bombarda, baliſta. *HIPPOL. de MARSIL. in pract. crim. 5. pro complemento n. 13.* Interdum latius à fine, non tàm facientis & comparantis, qvàm iisdem qvoqvo modo utentis, ita ut armorum appellatione veniant omnia illa, qvæ qvolibet modo ad defendendum offendendumvè apta ſunt, ut præter memorata, fuſtes, glebæ; & hoc ſignificatu arma accipiuntur in legibus, qvando de percusſione agitur, *l. armatos. 9. ff. ad L. Jul. de vi publica. DUAREN. ad l. 41. ff. ſolut. matrim. PROSPER. FARINAC. qvæſt. crimin. 108. n. 1.* cum talia inſtrumenta non dicantur arma, niſi poſt percusſionem, *GLOSS. in clement. 1. de Statu Monach. AMED. tract. de Syndico. n. 88.* Priori ſignificatione arma propriè appellantur, cùm de fabricatione eorum, exportatione & uſu tractatur. *LUDOVIC. CARER. prac. crimin. ad verſ. item eorum. p. 23. n. 18.* 9

Arma etiam aliis nominibꝰ deſignari ſolent, ſcil. telorum & ornamentorum. Qvamvis tela proprie vocentur ea, qvæ ab arcu mittuntur, *§. item lex Cornelia 5. Inſt. de Public. Judic l. ſi calvitur. 233. §. telum. 2. ff. de V. S. & ad illam GOEDDEUS*, eoqve ſenſu armis opponuntur apud *LIVIUM lib. 22. cap. 56.* Qvæ tamen diſtinctio & oppoſitio non perpetua eſt, & telorum appellatio, ut diximus, promiſcue omnibus armis adaptatur, *§. item lex Cornelia 5. Inſt. de public. judic. l. armorum. 41. ff. de V. S. l. cum aliter. 1. §. occiſorum 17. ff. SCtum Silinian. l. qvod eſt 3. §. dejectum 2. ff. de Vi & Vi armat.* Nonnunqvam armis *ornamentorum* nomen tribui videmus, ut apud *L. ANN. SENEC. Præfat. libr. 4. Natural. qvæſt. in præfat. Sic ergo formare, ut ſcias, te non poſſe conſeqvi, ut ſis impenetrabilis,* 10. 11.

cum omnia caveris, per ornamenta feriet, qvem locum explicans *LIPSIUS 2. Saturnal. 17.* inqvit, *id eſt, per ipſa arma*. Cui conſentit *GRUTERUS add. præfat.* & rectè, qvam vis *FERN. PINCIANUS* ex veteri libro legere malit *munimenta* aut *verimenta*. Sic enim idem *SENEC. Epiſt. 14. Ars ei conſtat: qvi per ornamenta percuſſus eſt;* Et ornatus exercitus pro inſtructo & armato legitur apud *TACIT. lib. 3. Hiſtor. 63. n. 2. ibi Flavianus exercitus, ut ad prælium intentus ornatusq́; denſis circa viam ordinibus adſtiterat*, & ornatus militaris pro armis apud eundem *TACIT. libr. 5. Hiſtor. 22. n. 5. & SALUSTIUM in Catalin. cap. 35. in fin. conf. idem LIPS. ad Tacit. l. 3. Hiſtor. not. 73.*

Amorum genera ſunt varia & diviſiones multæ, qvæ ſe-
12. qventi modo à Dd. ſolent diſcerni: qvod alia ſint, qvæ manu in præſentem imprimantur, qvædam bombarda, arcu, vel manu emittantur, jaculandoqve projiciantur, ut ſunt ſphærulæ, ſagittæ, glebæ & alia, qvæ propriè teli verbo indigitari ſuprà animadvertimus. *§. item l. Cornelia. 5. J. de Publ. Judic. BOCER. claſſ. 4. Diſput. 13. theſ. 7.* Deinde alia principalia ſunt, alia principalibus accedunt; illa ſunt vel ſimplicia, & vel ad defenſionem magis pertinent, vel ad offenſionem: illius generis ſunt ſcuta, casſides, galeæ &c. *Novel. 85. & ad illam MATTH. STEPHANI num. 1. & 2. p. m. 466.* Hujus generis alia ſunt portatilia, qvæ vel humeris impoſita geruntur, veluti bombardæ aut arcus buſius, de qvo vid. *BENED. CARPZ. pract. crimin. part. 1. qvæſt. 3. n. 23. & ſeqq. JACOB. MENOCH. de præſumpt. 40. n. 7. PROSPER FARIN. part. 5. crimin. qvæſt. 126. n. 117.* (cujus originem videbimus in cap. 2.) haſta ſimplex, haſta bipennis & oblonga, ſagittæ, ſiphinni, & alia misſilium genera; alia vectilia ſeu majora, qvæ vel exoleta, de qvibus *FLAV. VEGET. lib. 4. de re milit.* vel adhuc uſitata, ut machinæ, baliſtæ fulminales. vid. *FRONSBERG. part. 1. lib. 4. fol. 59. col. 1. de re milit. & part. 2. lib. 1. fol. 2. & ſeqq. DILICH. part. 2. de re*

4. de re milit. Mixta ſunt, qvæ tam defenſioni, qvàm offenſioni inſerviunt, ut gladii, haſtæ &c. Arma inſuper dividuntur etiam ab effectu in lethifera & minus lethifera. De qvibus vid. B. Dn. *BENEDICT. CARPZ. prax. crimin. 1. d. qvæſt 3. per tot. imprim. num. 6. & ſeqq.* De cultro, ad qvod genus armorum referatur, vid. *PAVL. MATH. WEHNER. obſerv. Pract.* 13.
verbo Meſſer. *pag. 497.* & *REVSNER. libr. 2. deciſ. 21.* ibi. Das Meſſer iſt ein tödlich Mordwehre / und wer mit dem ſelben beſchädiget / dem gehet es an den Halß. De Lapide autem, an ſit refe- 14.
rendus ad arma lethifera, Dd. varie ſentiunt, unde variè etiam 15.
decidi ſolet qvæſtio, an ictu lapidis homicidium commiſſum pœna ordinaria plectatur, qvod videtur affirmare *ANTON. GOMETZ. lib. 3. Var. Reſolut. cap. 3. rubr. de homicidiis. num. 17. 18. JODOC. DAMHOVD. in pract. crim. cap. 69. n. 3.* qvi textus pro ſua aſſertione allegant. *l. armorum. 41. ff. de V. S. l. unic. C. de Emendat. ſervor.* & ex ſacris literis *Num. cap. 35. v. 16.* ibi: *Si qvis ferro percuſſerit & mortuus fuerit, qvi percuſſus eſt, reus erit homicidii, & ipſe morietur. Si lapidem jecerit, & ictus occubuerit, ſimiliter punietur, &c.* Sed contrarium, qvod ſcilicet lapidem in aliqvem conjiciens non ordinaria homicidii pœna, ſed mitiori arbitraria puniendus ſit, defendunt *JACOB. MENOCH. de præſumt. l. 5. præſumt. 40. n. 5. DANIEL. MOLLER. 1. Semeſtr. cap. 33. PROSPER. FARIN. prax. crim. part. 5. qv. 125. n. 137.* Nos cum *Dn. CARPZOV. d. l.* diſtinguendum putamus, utrum qvis lapidem in aliqvem conjiciat, an qvis lapide aliqvem percuttat, ita ut ille pœna mitiori extraordinaria, hic pœna homicidii ordinaria puniatur. *per l. omne delictum. 6. §. Si qvis commilitonem. 6 ff. de re militari*, ubi vid. *Magnificus Dn. JOHANN. BRVNNEMAN.* in qva lege expreſsè dicitur: *Si qvis commilitonem vulneraverit, ſiqvidem lapide, militia rejicitur, ſi gladio, caput amittit, arg. cap. ſignificaſti, ibi: ratione inſtrumenti, cum qvo ipſe percuſſit &c. X. de homicid.* Nec huic deciſioni

 adver-

adverſantur, qvæ ſupra in contrarium fuere adducta, qvia in
16. *l. 41. ff. de V. S.* non ſit mentio homicidii, nec pœnæ, ſed explicat tantùm nomen armorum, & qvæ ſub eorum nomine ſubintelliguntur. *Ex l. unic. C. de Emendat. ſervor.* nihil aliud probatur, qvàm qvod projiciens lapidem ſit reus homicidii, qvod nec nos negamus, exinde tamen non ſeqvitur, eum ordinaria pœna afficiendum eſſe, cùm non omne homicidium ſit doloſum, neq; etiam qvivis homicida gladio puniri debet. Confer prælaudatum *Dn. BRUNNEMANNUM ad d. l unic. C. de Emendat. ſervor.* qvi diſtinguit, an qvis iteratis vicibus aliqvem percutiat, vel non, ita ut illo caſu præſumatur animus occidendi, non hoc. *PROSPER FARINAC. d. l. qv. 105. n. 146. q. 125. n. 104.* Sic nec adverſatur Sacra Scriptura, *Num. 35. v. 17.* quia in textu originali reperitur vocabulum הִכָּה *Hiccah.* qvod teſte *JOH. BUXTORFF. in Lexic. Hebr. fol. m. 468.* idem eſt, ac percutere; ut ſenſus ſit, *ſi lapide percuſſerit, qvo interfici qvis posſit*, &c. Limitatur tamen hæc opinio, ſi ex circumſtantiis conſtet conjicientem lapidem animum habuiſſe occidendi, tunc absqve dubio pæna ordinaria imponenda Vid. *JACOB. MENOCH. de præſumt. l. 5. præſ. 40. n. 14. PROSPER. FARIN. part. 5 crim. qv. 125. n. 141.*

Cæterùm arma ob varios uſus comparata habentur, qvi vel liciti vel illiciti, illorum præcipuus conſiſtit in injuria pu-
17. blicè privatimqve propulſanda vel vindicanda, ut dicit imp. *in Novell. 85. c. 4. in fin. & ad illam MATTH. STEPHAN. n. 5. RITTERSH. part. 14. c. 4. in fin.* Arma enim ſunt, qvæ mortem generant & ſalutem, interitus peccantium, cuſtodia bonorum, contra improbos neceſſarium ſemper auxilium, *CASSIODOR. lib. 7. variar. formular. de armor. fact. 18.* & qvid ad ipſam Regni Majeſtatem conſervandam proſunt, vide ap. *BUSBEQ. conſil. de milit. contr. Turc. inſtit.*

19. Sed dantur adhuc alii ſecundarii uſus, ut olim ad bellum

indi-

indicendum, cui haſta in fines hoſtium projecta inſerviebat. *FR. LINDENBROG. Ad Ammian Marcellin. libr. 19.* qvæ poſtea in Bellonæ templo aſſervata. Vid. Excel. Dn. D. *JOHANN. SCHMIDEL. ad Boxborn. Diſſ. 4. de imp. Rom. p. 281.* Ad funerum qvoqve militarium pompam & ſolennitatem & olim & hodiè adhibita eſſe arma, nemo ignorat. Qvo fine autem Imperatori noſtro gladius præferatur, exponit *DOMINIC. ARUM. ad A. B. diſc. 6. th. 30.*

Illum præterea uſum mittere hîc non poſſum, qvo gladi- 20.
us imperij eſt character, non tantum apud Romanos, ſed & apud alios populos; de qvo *SVETONIVS in Servio Sulpitio Galba cap. 11. ejus vitæ TACIT. 3. Hiſtor. 68.* Pertinet huc memorabile illud monitum, qvo Saxo Elector Wilhelmum Imper. in concione ſua affatus eſt, qvo ratio ſimul ejus rei exprimitur: *Accipe,* inqvit, *enſem regium, ut rebelles ſevera correptione potenter affligas, omnesqve benevolos in tranqvilla pace gubernes, DOMINIC. ARUMÆUS ad Aur. Bull. diſc. 6. th. 30.* Qvo fine etiam Baſanus Sicambrorum Rex qvocunqve ibat, gladium & funem ſibi in ſignum juſtitiæ præferrri voluit. *TRITHEM, Annal. Fr. lib. 1. DOMIN. ARUM. d. l. p. m. 316.* Hinc gladius pro ipſo mero imperio accipitur Romanis JCtis in *l. Imperium. 3. ff. de jurisdict. l. 8. §. vita ff. de pœnis BERNHARD SVTHOLT. diſſ. de jurisdict. theſ. 392.* Ab hoc uſu armorum videtur manaſſe, qvo regna antiqvitus per gladium in feudum conceſſa fuerint, qvemadmodum Ducatus, Marchionatus, Comitatus per vexillum, *MARQ. FREHER. not. ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 10. verb. Feudis qvæ* Fahnlehen. Qvomodo verò hodie Feuda Regalia per vexillum, ſceptrum, gladium, & haſtam conferantur, vid. omnino *HOTTOMANN. diſput. de Feud. cap. 23. SCHRADER. de Feudis part. 5. cap. 5. n. 2. PRUCKMAN. vol. 2. conſil. 2. n. 1. OTTO FRISING. libr.*

2. *cap.* 5. & 32. *MATTH. STEPHAN. de juriſdict. libr.* 4. *p.* 1. *cap.* 6. *n.* 49. Tandem qvo ritu Sereniſſimus Bavariæ Elector fuerit de Palatinatus Electoratu inveſtitus, habetur in actis Londorpii. Adde *CHRISTOPH. BESOLD. in Theſaur. Pract. verb.* Fahnen lehen *p. m.* 248.

CAPUT. II.

De
CAUSA ARMORUM EFFICIENTE.

SUMMARIA.

1. *Primi Armorum inventores.*
2. *Armorum jus inter Jura Majeſtatis.*
3. *De voce Armandiarum.*
4. *Fabricenſium privilegia.*
5. *Eorundem ſtigma.*
6. *Statuum Imperij Rom. jus circa arma.*
7. *Arma qvatenus in commercio.*
8. *An barbaris licet arma vendere.*
9. *An qvisq; jus habeat poſſidendi arma.*

1 ARmorum cauſa efficiens eſt vel remota, vel proxima; Illa ſunt; inventores diverſorum generum armorum, quia non unius generis arma ubiqve uſurpantur, ſed alia in Perſia, alia in Europa, alia tempore antiqvo, alia tempore moderno, Apud Diodorum Siculum Mars primus fabricatis armis milites armaſſe fertur; unde VIRGILIUS inqvit in *principio ſuæ Æneidos: At nunc horrentia martis Arma virumq; cano.* Cœterùm cùm arma non unius generis ſint, ut antè diximus, alii alia inveniſſe memorantur. Lacedæmonii qvi

(qvi jam tempore Sauli & Samuelis peculiare regnum inceperunt, teſte *GREGOR. THOLOZ. de Republ. libr. 20. c. 1. n. 14.*) primi galea, gladio, haſta uſi, ut atteſtatur. *PLINIUS in libr. 7.* Sed *HEROD. libr. 4.* memorat, ſcutum & galeam ab Ægyptiis Græcis eſſe traditam, loricam Mydias Meſſenus, clypeos Proetus & Acriſius inter ſe belligerantes repererunt, ſive Chalcus Athamantis filius, ocreas & criſtas Cares, ſecurim Pantheſilea Amazonum Regina reperit, ſagittas Perſeus Perſei filius primum invenit. Sed Abrahamus, cujus teſtimonium *EUSEBIUS de præp. evang. libr. 9.* citat, Moſen omnium primum bellica inſtrumenta inveniſſe tradit. Licet alii, qvos memoravimus, non minus laudis merentur, cum nihil ab initio tam perfectum excogitatum ſit, cui non aliqvid ab inſeqventibus ſeculis commodè addi potuerit. In tormentis Cretenſes ſcorpionem, catapultam Syri, Phœnices baliſtam & fundam invenerunt, ut teſtatur *PLINIUS d. l.* Artem bellicarum machinarum, teſte *PLUTARCHO in vita M. Marcelli* Eudoxas & Architas inchoarunt, machinas adferenda majora onera Cteſiphon extruxit. Teſtudines Artemon & Clazomenius invenit, & hæc omnia ad hominum perniciem reperta, imprimis verò illud novitium inventum, qvod bombardam ſive ſcolpetum vocant, qvo poſt hominum memoriam nihil terribilius ab humano ingenio excogitari potuit, cujus inventorem fuiſſe tradunt hominem germanum admodum ignobilem, cui caſu in mentem venerit taleqvid efficere. Fertur homo, ad exitium humanum natus, ſervaſſe aliqvando domi in mortario pulverem ſulphureum cujusdam medicinæ faciendæ cauſa, illudqve texiſſe lapide, ac inde contigiſſe, ut dum ignem ex ſilice prope excuteret, ſcintilla intro ceciderit, ſubitoqve flamma eruperit, atqve lapidem in altum tulerit: & ille ejus rei caſu edoctus, poſtea facta ferrea fiſtula, & pulvere confecto machinam reperiſſe, ac ejus uſum Venetis in illo bello

pri-

primùm oſtendiſſe, qvod ad foſſam Clodiam cum Genuenſibus geſtum, qui fuit annus Chr. 1380. Et ſclopus eſt ſonus ille, qvi ex ejusmodi buccarum inflatione erumpit. Alio nomine appellatur Arcus buſius, à foramine, ut opinor, qvo ignis in pulverem fiſtula contentum immittitur. Nam Itali buſium vulgò foramen dicunt, & arcus, qvod inſtar arcus pugnantibus ſit, quippe hodiè ejusmodi tormenti uſus in primo pugnæ loco eſt. Repertor hujus mortiferæ machinæ à multis habetur incertus, qvamvis à quibusdam vocetur Bartoldus Niger, Chymiſta & Monachus Germanus, qui vixit ſub Imp. Wenceslao. Vid. *JOHANN. JUST. WINKELMAN. in Cæſareol. n. 109.* Plura ſpecialia de inventoribus rerum & machinarum, qui legere cupiat, adeat *ALEXAND. SARD. de rer. invent. ſub tit. de armis. p. 66. SALMUTH. & PANCIROLL. de nov. repert. tit. 18. p. 665. & ſeqq. POLIDOR. VIRGIL. de rer. invent. libr. 2. c. 11. p. m. 122.*

Cauſam armorum efficientem proximam qvod attinet, repetenda illa eſt ex diverſa armorum conſideratione. Conſideranda enim arma vel ut fabricanda, ubi de armorum fabricis & fabricenſibus, vel ut jam facta, uſibusqve humanis exponenda, ubi imprimis de armorum commercio, poſſeſſione & uſu, qvatenus ea omnibus vel aliqvibus competunt, explicandum erit. Qvantum ipſam armorum fabricam concernit, conſtat, privatos inter alia ferri etiam fodinas habuiſſe,
1. *l. ſi cujus rei. 13. §. qvæſitum. 5. ff. de uſufr. l. 3. §. final. cum l. ſeqq. ff. de reb. cor. qvi ſub tutel. HENRIC. KLOCK. de jure vectigal. th. 3. lit. B.* fabrosqve fuiſſe ferrarios, qvi privatos etiam artem fabrilem docerent, *l. fin. §. 11. ff. de vectig. & publ.* Armorum tamen fabricandorum jus ſibi ſolis Imperatores, velut inter Regalia reſervarunt, qvod & confirmatur *1. Sam. cap. 8. v. 12.* ubi inter alia jura Regis dicitur, qvod Rex ex filiis ſubditorum aliqvos ſibi conſtituet fabros armorum & curruum ſuorum.

Armo-

Armamentaria procul dubio ſubintelliguntur ſub armandiis, qvarum mentio fit *2. Feud. tit. 1. qvæ ſint Regalia.* Qvam 3.
vis alii aliter hanc vocem explicent, de qvo videſis *DANIEL OTTO. de Regal. p. m. 408. ROSENTHAL. in Jur. Feud. cap. 5. Concl. 19.* Et licet corpus Imperii Romani olim nimis dif- 4.
fuſum multorumqve aſſultibus expoſitum, qvod plurima armamentaria ſive fabricas reqvirebat, *BORCHOLT. ad d. tit 56. qvæ ſunt Regalia*, tamen omnes hæ fabricæ in univerſum erant ſub diſpoſitione Magiſtri officiorum. Confer. *omnino l. 2. & 3. C. de Fabricenſibus, lib. XI. & ad illas Magnific. Dn. JOHANN. BRUNNEM. ut & Nov. 85. ibiq. MATTH. STEPHANI. AMMIAN. MARCELLIN. lib. 15. pag. 44. edit. Val.* Et omnes illi, qvi in publicis fabricis arma ac inſtrumenta bellica conficiebant, dicti fabricenſes, non poterant conveniri, niſi in judicio ſublimitatis, ad cujus jurisdictionem Fabrica pertinebant, *arg. Nov. 17. Nov. 75. Nov. 85. & 114.* Horum Fabricenſium cum certum eſſet corpus vel collegium, *Dn. BRUNNEM. ad L. 1. C. de Fabric.* hinc ille tantum in eorum ordinem recipiebatur, qvi nec avo, nec patre curiali genitus, nec ordini civitatis debebat, nec ulli civico muneri ob- 5.
noxius erat, *l. 4. C. de Fabric.* ne ſcil. curiæ civitatum & civilia munera obtentu cujusqvam alterius militiæ deſererentur *JAC. GOTHOFR. ad l 6. C. Theod. tom. 3.* & poſt qvam hoc apud acta profeſſus erat, ſe ab omni hoc nexu immunem eſſe, in numerum Fabricenſium recipiebatur, recepto ſtigmate in brachiis, (non in facie, ut qvidam putant) qvod inurebatur *l. 3. C. de Fabr.* & hoc erat ſignaculum non infamiæ, ſed officii ſeu ſocietatis, *l. ſtigmata. 3. C. de Fab. & ad illam Dn. JOHANN. BRUNN.* qvo fine & milites tyrones ſtigmate in manu ſignabantur. Vid. *FLAV. VEGET. lib. 1. de re mil. cap. 8. & lib. 2. c. 5. D. GREGOR. Epiſt. 2.* mentionem facit conſtitutionis Mauritii Imperat. *Ne qvis manu ſignatus*

tus ante expletam militiam ad monaſteria migret. Eo ſcil. fine, ut latitantes poſſent cognoſci, & ne ad uſus alios avellerentur. *HENRIC. KLOCK. vol. 1. conſil. 29. n. 212. & n. 748.* Officium Fabricenſium erat diligenter armorum fabricæ incumbere, nec aliis ſe immiſcere negotiis, *l. nullus. 7. C. de Fabric.* alioqvin qvod ab uno neglectum, omnibus ejusdem corporis membris imputabatur *l. 5. C. de Jur. Fabric.* cujus ratio duplex *in d. l. 5.* proponitur: altera, qvia, qvi ſuſcipitur, totius corporis nominatione ſuſcipitur, altera, ut fabricenſes actus ſuos invicem ſpeculentur & cuſtodiant, ne aliqvis facile qvid intercipere vel plane decoqvere poſſit. *Confer. Dn. JOH. BRUNN. ad l. 5. C. de Fabricenſ.* Qvæ autem & qvalia arma paraverint, patet ex *Nov. 85. cap. 4.* qvæ varia illorum genera recenſet, & fabricata arma nulli privato vendi poterant, ſed aut armamentariis publicis inferenda erant, *Nov. 85. cap. 3.* aut uſu exigente, ad exercitium vehebantur, de qvo vid. pluribus *l. Nullus 7. C. de Fabric.*

6 Hæc brevibus dicta ſunto de fabricis & fabricenſibus, qvæ in Imperio Romano, cum penes Imperatores cuncta Regalia incommunicabiliter reſiderent, obtinebant. Sed poſtea cum Regalia etiam Statibus Imperii communicata ſunt, *PAURMEIST. de Jurisd. lib. 1. c. 4.* hac in parte jus immutatum fuit, præſertim cum nomina Ducum, Marchionum, Comitum, qvæ adminiſtrationis olim fuerant, poſt Patrimonii facta. *ANDR. KNICHEN. tr. de ſuperior. & territor. jure c. 1. n. 192.* Ita ut hodiè hoc jus armorum fabricandorum non ſoli Imperatori, ſed omnibus Imperii Statibus [non qva Statibus, ſed Dominis territoriorum] tam Eccleſiaſticis, [non qva Eccleſiaſticis, ſed qva Principibus] qvam ſecularibus, & ſic etiam Civitatibus liberis Imperialibus attribuatur, per *Receſſ. Imper. de anno 1555.* §. Und demnach ein Kriegs-Volck zu Roß und zu Fuß / *&c. 80. p. m. 508.* ubi ſtatibus jus fabricandi

&

& parandi tormenta bellica, Geſchütz/Artollerey/ Munition- und was darzugehörig vonnöhten :c. habendi armamentaria Zeug und Rüſt-Häuſer, muniendi & inſtruendi arces & fortalitia tribuitur, *it. per Receſſ. Imp. de anno 1570.* §. Sintemal aus hochbewegender :c. *HENNING. ARNISÆVS. de jure Maješt. libr. 1. c. 5. n. 8.* Qvæ omnia ad Regalia pertinere docet *SIXTIN. de Regalibus lib. 2. c. 5. n. 15. IVST. SINOLT. cogn. Schutz in Colleg. jur. publ. vol. 1. diſp. 6. de poteſt. partic. theſ. 23. lit. C.* Qvæ Regalia & qvatenus Civitatibus Imperii competant, vid. *CHRIST. BESOLD. de civit. Imperii th 9. DANIEL. OTTO de jur. publ. c. 12.*

Nec immeritò hodiè Principes, Comites, Barones & cæteri Status Imperii, poſtqvam Imperatori, qvam præſidi, magis ſimiles effecti ſunt, *JACOB. MENOCH. conſ. 302. n. 21.* jure ſe præparant ad defenſionem ſuorum terminorum, militibusq; ſuis & eqvitibus, qvos anteà ſuis impendiis aluerant, prædia per inveſtituram conferunt, ut inde ſe alant, temporeqve neceſſitatis ſibi præſto ſint; Conf. *CHRIST. BESOLD. 1. Polit. 21. n. 45. DAVID MEVIVS ad Jus Lubec. lib. 1 tit. 2. art. 1.*

Jam paucis videbimus, qvomodo arma dicantur eſſe in 7
commercio. Notum enim eſt, qvod qvarundam rerum commercium abſolutè ſit interdictum, qvarundam ſecundum qvid, & certis tantum perſonis; illius generis ſunt res ſacræ, *l 6. pr. l. 51. ff. de contrah. Emt. d. tit.* Confer. *MEA SELECT. jur. priv. Exerc. 3. ad tert. pand. part. th. 130.* quæ tales *l. 22. 25 ff. de Contr. Empt.* liber homo *l. 22. & l. libr. 70 d. t.* Ad genus poſterius pertinet interdictum de commercio armorum. Hoc interd reſpicit vel cives Romanos, vel Barbaros. Qvo ad illos diſting. inter jus vetus vel novum. Jure enim novo Juſtin. omne armorum commercium erat interdictum, ut patet *ex Nov. 85.* ita ut ne inter cives qvidem

ſit admiſſum, ſed ſub eadem pœna, qva fabricatio, prohibitum, *d. Nov. 85. c. 4. & ad illam MATT. STEPHAN. n. 6.* Sed ante Juſtin. arma commercii cauſa habere licebat, ut probat *l. 2. ff. ad L. Iul. de vi publ.* Hodiè pacato imprimis Reipubl. Statu commercium inter cives liberè permiſſum, conf. *CRAVETTA conſil. 314. KLOCK. conſil. 34. n. 5. PEREZ. in titul. Cod. quæ res export. non debent.* niſi à territorii cujusqve Domino ſingulari ex cauſa aliqvando prohibeatur.
8. Barbaris autem ſeu legationis ſpecie, ſeu qvocunqve alio prætextu venientibus, ubi arma fabricantur, nullo modo vendenda ſunt cujuscunqve generis arma, ſive offenſiva, ſive defenſiva, uti nec ferrum factum nec infectum, ſub pœna capitalis ſupplicii ac publicationis bonorum, & ſi arma qvædam jam vendita ſint, illa emtoribus ſine reſtitutione pretii auferuntur. Ratio habetur *in l. 2. C. qvæ res export. non debent confer. Clariſs. Dn. DANIEL BÜTTNERUS Mindâ Weſtph. p. t. Ephorus meus fideliſſimus in Diſp. Jurid. de Guſtu, qvam habuit Francof. ad Oderam anno 1665. cap. 5. theſ. 7. HILLIG. in Donell. l. 9. cap. 10. lit. A. STRACHA. de mercatur. P. 1. n. 13. & ſeqq.* Utrum autem venditor ſalva conſcientià pretium accipere poſſit pro re, qvam licite vendere non poteſt, diſqvirit. *CARD. JOH. de LUGO. de Iuſt. & Jure. diſp. 18. ſect. 3. n. 48.* Cœterum cum ſupra dictum ſit, qvod cauſa efficiens proxima ar-
9. morum factorum conſideranda ſit ex eorum poſſeſſione, lubet hic qværere. *An cuivis civium in Republ. liceat arma poſſidere?* Verba Ariſtotelis hæc ſunt, *oportet Reipubl. adminiſtrandæ formam conſtare ex his tantum, qvi habent arma.* Multi ex his verbis concludunt, qvod cuivis in Republ. liceat arma poſſidere, & certè non ſine cauſa & ratione hoc ipſum concludunt. Nam ſi qvilibet civis ſit particeps civitatis, qvilibet civis civitatem debet defendere, licebit qvoqve arma poſſidere, qvia & publicè intereſt, propter ingruen-

tem

tem de ſubitò neceſſita cives & ſubditos inparato arma habere, *CHRIST. BESOLD. lib. 2. Polit. c. 7. n. 3. & ſeqq. VIVIUS. deciſ. 287.* Præterea cum nulla civitas ſine invidia, neceſſe eſt, ut in promptu cives ſua arma habeant, aliàs enim armati hoſtes inermes invaderent, & prius opprimerent oſcitantes; qvam ex publica armatura civitatis peterentur tela. Manet itaqve, qvod nec L. Jul. nec Valentinian. aut Juſtin. Impp. conſtitutionibus armorum poſſeſſio penitus fuerit adempta, qvæ & hodie omnibus Imperii fidelibus regulariter patet. *TIBER. DECIANUS tract. crimin. lib 8. c. 3. n. 55.* Qvamvis nonnulli etiam diſtinguant 1. inter arma majora & minora; item inter Statum popularem & optimatum, hoc caſu ſubdiſt. inter tempora periculoſa & pacata, confer. Receſs. Imp. de anno 1555. §. und demnach 80. *PETR. GREGOR. THOLOZ. de Republ. lib. 23. cap. 9. Dn. BERNEG. in Tacit German q. 123.*

Interdum tamen ad uſum Reipubl. ad totalem armorum ademptionem deveniri ſolet, ubi tumultus metuendus, aut ſubleſta eſt aliqvorum fides, de qvo reperies varia exempla in *THUAN. lib. 15. hiſtor. GUICCIARD. lib. 7. MACHIAVELL. lib. 11. hiſtor. Florent. SLEIDAN. lib. 3. hiſt.*

CAPUT. III.

De

SUBJECTO ARMORUM.

SUMMARIA.

1. *Jure communi qvibus ſit facultas geſtandi arma.*
2. *Argumentum & diviſio capitis.*
3. *In imperio noſtro à qvo concedatur facultas arma gerendi.*
4. *An Statibus Imperii præter Imperatorem hoc jus competat.*

 5. An

5. *An civitatibus imperialibus?*
6. *An municipiis?*
7. Einen wehrhafft machen.
8. *In urbe regulariter privatis olim teli uſus prohibitus.*
9. *Hodie aut omnes, aut potiores promiſcuè gaudere licentiâ ubiq; geſtandi arma.*
10. *Qvinam h. l. potiores.*
11. *Qvibus ratione poteſtatis competat jus gerendi gladium.*
12. *Qvibus ratione dignitatis.*
13. *Ut Eqvitibus & Nobilibus.*
14. *Jure Saxon. arma ad res expeditorias referuntur.*
15. *An Doctores & Licentiatiati juris gaudeant privilegiis Nobilium.*
16. *An Conſiliariis & Aſſeſſoribus Principum competat facultas arma geſtandi.*
17. *An Medicis, Philoſophis, Poëtis.*
18. *An Studioſis.*
19. *Qvibus ratione muneris competat jus gerendi arma.*
20. *Armorum privilegia quæ*
21. *An jus arma gerendi competat militibus extra militiam conſtitutis.*

1. ARmorum natura, Etymologia, Diviſione & cauſa Efficiente hactenus monſtrata, conſeqvens erit, ut paucis exponamus, qvibus in Republ. noſtra competat facultas arma geſtandi, jure communi vel ſpeciali conceſſa. Vid. *HENNING. ARNISÆUS. lib. 2. de Jur. Majeſt. cap. 5. n. 341.* Dico, *jure communi*, qvia geſtatio armorum nuda & innoxia Jure Romano ſimpliciter non fuit prohibita, ut recte notavit *TIBER. DECIAN. lib 8. tract. crimin. cap. 4. n. 5.* Nam & ipſa L. Julia geſtatio armorum ex certis caſibus erat conceſſa, ut ſi qvis ex cauſa Venationis, vel Navigationis vel Itineris, arma portet *l. 1. ff. ad L. Iuliam de vi publica. Dn. BRUN-*

NEM

NEM. ad l pen. §. ult. ff. d. tit. Qvæ poſtrema cauſa licet generalis ſit, non tamen omnibus præſtat geſtandi arma, & eludendæ prohibitionis facultatem. Hinc ne confuſo ordine rem tractemus, caput hoc in duo membra dividemus, in primo conſideraturi, penes qvos ſit facultas armorum jus & geſtationem tribuendi, in ſecundo, qvibus perſonis armorum uſus, aliàs regulariter prohibitus, ſit permiſſus. 2.

Inſtatu pure Monarchico cum penes unum & ſolum Imperatorem Romanum univerſa Reipubl. poteſtas exiſteret, facultas iſta ſine controverſia apud ſolum Principem reſidebat, *l. unic. C ut armor uſus. COVARRUV. in c. Peccatum p. 2. §. 9. n. 1 & ad d. l. un. Nobiliſſ. Dn. BRUNNEM.* Sed poſtqvam Imperium Romanum in partes multas diviſum, cum cæteris Regalibus Majoribus (*ERNEST COTHMAN. 5. reſponſ. 1 n. 15.*) etiam armorum jus Statibus Imperii certo modo communicatum eſt, cœperunt illi uſu exigente & in univerſum ſubditos ſuos armare, & ſeorſim ſingulis ex cauſa vel officii vel dignitatis jus arma geſtandi, veluti jure privilegato dilargiri, *ANTHON. MATTHÆI tract. de Crimin. ad libr. 48. tit. 1. ff cap. 4. p. 510.* An verò ſtatus Imperii jus 3.
arma geſtandi alicui privato recte concedat, hodie nullus erit, qvi hoc in controverſiam revocet, qvia ordines Imperii noſtri quodammodo magis ſummis Principibus, quàm antiqvis Provinciarum Præſidibus comparandi veniant, (ut ſupr. jam dictum) *WESEMB. conſil. 21. n 28.* qvippe qvi ſuperioritatem territorialem, hoc eſt jus & poteſtatem ſummi poſt Imperatorem, Imperii & Dominatus, ejusqve connexorum Regalium in omnia territorio incluſa proprio nomine competentem habent. *JUST. SINOLT. cogn SCHUTZ. in coll. public. vol. 1 diſp. 6. & 5.* Ideoqve poteſtatem hanc armorum uſum concedendi ipſis denegare non poſſumus, cùm fane ex conſeqventia dictæ ſuperioritatis jus armorum 4.

gene-

generaliter &formaliter ſumptum, hactenus ſibi vindicent, ut militem defenſionis cauſa cogere ad propriam & aliorum ſalutem poſſint, per *Receſs. Imp. de anno 1526.* §. darauff *9. Anno 1548 1555. 1570. &c.* Itemque delectum agere *receſſ. Imp. de anno 1564.* §. Ferner dieweil. copias educere conſenſu Ducis circularis. *Rec. Auguſt. de anno* 1566. §. Den Verſikel. *WAHREMUND ab EHRENBERG lib. 1. de Fœder. c. 2. n. 56 KLOCK de contribut. cap. 4. n. 311.* modo ſi obſervarint formam in dictis Conſtitutionibus Imperii expreſſam, præſertim ob ſubitum ac præſens periculum, ſi ſunt arma expedienda, *ANDR. GAIL. de P.P. lib. 1 cap. 4* imprimis contra hoſtem Imperii, per notiſſimas juris regulas. Neque id adeò mirum eſt, cum & ex regulis juris communis propter cauſam neceſſariam ac abſentiam Principis, & ſi quando periculum in mora eſt, in juſſu Principis, bellum gerere liceat *arg. l. ſi alius 7. § belliſſime 3. ff quod vi aut clam c. Dominus. 23. qu. 2 SOCIN. conſil. 68. tom 3 AYALA lib. 1 c. 2 n 9.* Confer. *WAHREMUND. ab ERENBERG.*
5. *tr. de Fœderib. lib. 1. c. 2 n. 26 p. m 165. 166.* Neque civitatibus Imperialibus liberis hoc jus armandiæ denegandum putamus. Siquidem uſu & neceſſitate exigente ſubditos ſuos non tantùm armare, & geſtationem armorum permittere, ſed & imperare interdum ſolent, vid. *BALTH. CONRAD. ZAHN. de jur. municip. c. 82. p 216.* De municipalibus civitatibus contrarium videtur, niſi adſit cauſa multum urgens, quæ tamen exprimenda, quia tale ſtatutum ſit contra leges ſuperiorum. vid. *TIBER. DECIAN. 8 tract. crim. 3. n 20.*

Illud tandem hìc obiter notandum, moribus modernis alios præterea Magnates & Dominos jura Regalia non habentes, miniſtris ſuis perfectam ætatem adeptis, impacto colapho adjectisqve verbis das leid von mir und von keinem andern / deniqve donato gladio jus illud geſtandi concedere, ſie machen ſie wehrhafftig. *JOHANN ROSIN. lib. 1. antiqvit. Rom.*

20. GE-

10.p.174. lit.c. GEORG. SCHÖNBORN. *lib. 6 Polit. cap.13.* Huncqve ritum ab antiqviſſimo Germanorum inſtituto promanaſſe, refert CONRAD. RITTERSHUS. *in not. ad Günther. de reb. geſt.* FRIDER. *lib.6.p. 117.* Nec abludunt Romanorum rhapiſmata, qvorum mentio fit in *in L. ult. C. de Emanc. liber. Novell. 81.* qvæ in manumisſionibus & emancipationibus adhibentur, à quibus alii jus geſtandi arma ſive manumiſſionem eqveſtrem deducunt. *P.* RADER. *in coment. ad Epigr. Mart. lib. 2. Epigr. 6. fol. 190.* CHRISTIAN. LIEBENTHAL. *in coll. polit. Exerc. 14. th. 28.* CHRISTOPH. BESOLD. *theſ. Pract. verb.* wehrhafft machen *p.m. 994.*

Sed hæc de membro primo dicta ſufficiant. In ſecundo perſonas (omiſſis antiqvitatibus de Imperii Romani Magiſtratibus, & qvid jure veteri obtinuit) qvibus armorum uſus ſit permiſſus, perluſtrabimus. Indubitatum enim eſt, qvod privatis omnibus in urbe non licuerit armis ſive telis temerè uti *per l.3. §. 1. ff. ad L. Jul. de Vi Publ.* JAC. MENOCH. *conſil. 1205.* CRAVETTA *conſil 314.* VIVIUS *deciſ. 287. confer.* SELECT. MEA *Juris privat. Exerc. 7. ad tit. Ad L. Jul. de vi publica.* Qvam ſub meo Præſidio defendit Dn. LEVIN FRIDERIC. SACK. Minda-Weſtphal. Sed hodiè ubi gladii geſtandi jus inter ornamenta haberi cæpit: freqventiſſimus & promiſcuus gladiorum geſtandorum uſus in urbibus inolevit, ita ut vel omnibus pasſim geſtandi licentia uſurpetur BODIN. *de republ. libr. 5. cap. 1. pag. 516.* vel ſaltim, ubi paſſim non licet, potioribus; qvi autem illi potiores ſint, qvi in urbibus privilegio geſtandorum gladiorum fruantur, videbimus. Nimirum alii privilegio poteſtatis, alii prærogativa dignitatis, alii neceſſitate muneris arma geſtare poſſunt, in iis locis & urbibus, in qvibus alioqvin aliis arma geſtare prohibitum eſt. *Ratione* ergo *poteſtatis* arma hodiè geſtant Magiſtratus, ii potiſſimum, qvi merum Imperium habent, imprimis civitatum imperialium, qvi ſuperioritatem territorialem habent,

8. 9. 10. 11.

D JUST.

JUST. SINOLT cogn. SCHÜTZ. Colleg. publ. vol. diſput. 6. th. 23. & hactenus potius ipſis Principibus ſubalternis, de qvibus vid ap. *BESOLD. in ſynopſ. doctr. Polit. lib. 1. part. prior. cap. 10.* qvam Magiſtratibus Romanis comparandi veniunt: Magiſtratus autem municipalium civitatum qvod attinet, illis hoc jus non conſimiliter per ſe & absqve ſuperioris conceſſione tribuendum, niſi conſtet ipſos merum Imperium *OBRECHT. de jurisd. cap. 4. n. 19.* aut ad minimum jurisdictionem aliqvam habere, *MATTH. STEPHAN. de jurisdict. part. 2. lib. 2. cap. 2. DECIAN. lib. 8. cap. 3. n. 46.* Et hæc extendenda ſunt etiam ad Magiſtratuum Miniſtros, tam digniores, ut Conſiliarios, Legatos, Aſſeſſores & alios, qvos dignitas etiam commendat, qvam inferiores, qvibus ratione officii incumbit, ut armati compareant. *TIBER. DECIANUS. c. 3. n. 50. & 52.* *Ratione dignitatis* nullum dubium eſt, qvin
22 omnes perſonæ regali dignitate præditæ jus armorum geſtandi habeant, & qvo jure Duces, Principes, Comites, Barones hanc armorum uſurpationem uſurpent, videatur *THEOD. REINKING. de R. S. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 4. c. 16.* Qvamvis in Regno Siciliæ nec Barones, nec Comites, qvi non ipſo actu milites ſunt, arma ferre poſſunt, qvod ſub certa pœna prohibitum, *CRUS. Annal. Svevicor. libr. 2. part. 3. cap. 19. MUNSTER. in Coſmogr. de Italia cap. 73.* Similis lex prohibitiva armorum certi generis reperitur *in Cod. HENRIC. Reg. Gall. libr. 8. tit. 7. l. 9. p. 232. ibi. A vous inhibè, probibè, interdit & defendu. Inbibons, probibons generalement par tout noſtre Royaume a tous nos ſubjects, de qvel qvalitè eſtat, degrè & condition qu'ils ſoyent, ou puisſent eſtre, tout port, usage & exercice, d' arquebuſes, petrinats, piſtolets, & autres baſtons a feu, & c.* Conferatur hic noviſſimum illud mandatum moderni Sereniſſ. Regis Galliæ, qvo omnibus miniſtris, famulis & pediſſequis, qvorumcunqve ſint Domi-

norum

norum, geſtatio omnium armorum lethiferorum ſub pœna capitali prohibita, & contravenientes prævio proceſſu ſummario executori juſtitiæ commendantur. De Hiſpania & Italia lege *BODIN. de Republ. cap. fin. lib. 4. 2.* Hos ſeqvuntur Eqvites & Nobiles, tum qvia cum armis inveſtiuntur, & gladio militiæ inſigni cinguntur, in teſtimonium operæ hactenus ſtrenuè navatæ, & incitamenti cauſa ad rem in poſterum fortiter gerendam, tum, qvia plerumqve Nobiles noſtri milites ſunt & Vaſalli, qvi ſemper prompti cum armis eſſe debent: *GVID. PAP. deciſ. 384. in addit. lit. B.* Hinc vocantur die Ritterſchafft / qvod ante ducentos annos & ultra ſoli fere Nobiles in Germania & Italia, & maxima pars eqvis militarent. *LANSIVS de ordin. Eqveſt. th. 1. in fin* & armorum uſum eſſe proprium Nobilitati refert *Cl. SESELLIVS de Regn. Gall. libr. 1. PHIL. HONORIVS relat. de Regn. Gallic.*; Ex hâc eâdem causâ ne Nobilis unqvam armis deſtituatur, Jure Saxon. introductum reperimꝰ, ut maribus hæredibus arma, res expeditoriæ vocatæ, das Heergewette / præcipua reliqvantur. *MATTH. WESENB. parat. ff. de ſupell. legat. HENRICVS HAHN. in obſerv. ad d. tit.* Qvæ autem referantur ad res expeditorias *vid. CHRIST. BESOLD. theſ. pract. verb. Heergewette p. m. 371. BERLICH. part. 3. concl. 24. n. 6. & concl. 65. n. 31. & ſeqq.* Sic etiam ob dignitatem virtute civili partam hoc honorum inſigni utuntur Doctores juris *arg. Nov. 89. cap. 15. verſ. qvoniam & non &c. JUST. MEIER. Colleg. Jurid. Argent. ad tit. ad L. Jul. de vi publ. th. 3. LIMNÆUS libr. 8. jur. publ. c. 8. n. 119.* qvi paſſim Nobilibus æqviparantur *l. providendum. 7. C. de poſtul. TIRAQVELL. tr. de Nobilit. c. 29. BARBOSA. ad d. l. 7. cod. n. 4.* iisdemqve ferè privilegiis gaudent *NOLDEN. tr. de ſtatu Nobil. th. 38. & per argum. receſſ. Imp. de anno 1500. tit.* Von Uberflüſſigkeit der Kleider 21. ibi die vom Adel/

13.
14.
15.

Del/

vel ſo nicht Ritter oder *Doctores* ſind / ſollen kein Gold noch Perlen öffentlich tragen. Ad Doctores referuntur etiam Licentiati, quia hi illis ſunt proximi, & in actibus, maximè favorabilibus Doctorum loco habentur *arg. l. pen. ff. de teſtam. milit. HIPPOL. RIMINALD. vol. 2. conſil. 115. n. 59. HIPPOL. de MARSIL ſingul. 106. MATTH. STEPHAN. lib. 3. de jurisd. part. 2. cap. 14. n. 95.* ideo & iſti eandem facultatem procul dubio habent, Unde in nonnullis Academiis quando inauguralem diſputationem ſuſtinent, gladio primùm accinguntur, quod jam perſonis graduatis, quas vocant, accenſeantur.

26. Porrò non minus hoc jure gaudent Conſiliarii & Aſſeſſores Principum, cum pars corporis principalis cenſeantur, *l. 5. C. ad L. Jul. Majeſt.* Patres & amici Principum. *§. filius f. 4. 1. qvibus mod. jus patr. poteſt. ſolv. l. 4 C. de jur. & fact. ignor.* In privilegiis verò certo modo Conſiliariis Principum comparari ſolent Advocati, *per. l. 14. C. de Advocatis diverſ. judicum, PECK. de jure ſiſt. c. 5. n. 81.* Qvid de

27. Medicis principum cenſendum ſit, Vid. *ANTON. FABER. tit. 29. defin. 2. FOPPIUS ab ÆZEMA, 1. differ. cap. 2.* qvod ſic incipit, *verum eſt primis ſeculis.* Ultimo Philoſophi gladiorum geſtationem non affectant, cum hoc deſiderium à profeſſione illorum diſcrepet, *l. 6. C. de Muner. patrim. libr. 10. KLOCK. de contribut. cap. 615. n. 116.* Pallium olim imprimis apud Græcos Philoſophorum erat proprium. *Autor Mantiſſæ ad Tertull. de Pallio, p. 145. & 149.* Nec Poëtæ aliqva prærogativa juvantur. *l. 3. C. de Profeſſ. & Med. D. MUNDIUS in præfat. tr. de*

28. *Comit. Palat.* Qvid de Studioſis eorumqve famulis ſtatuendum ſit, lege *GUMPELTZHEIMER. de Exercit. Acad. part. 3. ſect. 3. th. 16. & 17. LUCAM de PENNA ad L. Hac lege. 2. C. de Privil. Scholar. Nobiliſſ. Dn. BRUNNEMANN. ad L. unic. C. ut Armor. uſus inſc. Princ. interd. LIMN. libr. 8. de Jur. Publ. c. 9. n. ult.*

Ratione muneris ad geſtationem armorum obſtringun- 19.
tur non tantum moribus hodiernis, ſed etiam veteri jure Romano milites, non tantum illi, qvi in militari matricula ſcripti, ſed & qvi in ea conditione ſunt, ut ſemper in procinctu eſſe & ſuperiori in bello ſuccurrere cogantur, ut Vaſalli. Sunt autem milites vel Eminentiores, ut Equites variorum ordinum, (de qvibus prolixius. ſub finem hujus diſputationis dicturi,) Capitanei, Colonelli, vel inferiores *DAN. OTTIO. jur. publ. p. m. 472. cap. 19.* Omnes iſti non tantum dignitatis cauſa, ut illi, ſed & necesſitatis, ut hi, arma geſtare dicuntur, *Nov. 17. cap. fin. BRISSON. lib. 2. antiq. cap. 7. VIGLIUS in Rubric. Inſtit. de Teſtam. milit. n. 18. BOCER. de Jur. Bell. lib. 1. c. 11. n. 5.* Et milites ſcire debent, qvod arma non posſint, nec debeant amittere, niſi cum membris. Romani tantum in jure cinguli poſuerunt, ut piaculi loco haberetur, ſi miles non accinctus in caſtris verſaretur. *TACIT. 11. An-* 20.
nal. 18. Hinc miles, qvi arma tota vel majora alienavit, grave crimen committere dicitur, & deſertori exæqvatur *l. 14. §. 1 ff. de Re Milit. CAROL. à MANSFELD Magiſt. Milit. tr. 2. p. 2. cap. 2. p. 169. LUC. de ROMA in rubr. tit. C. de Fabric.* Inde tot armorum prognata ſunt privilegia. Ut (1.) arma pignori capi non posſint *arg. l. 14. § arma. ff. de re milit.* (2.) Creditoribus in executionibus ea invadere non liceat, qvæ milites militiæ cauſa habent. *l. 6. ff. de re judic.* (3.) Nec filius arma, qvæ ipſi in bellum eunti Pater donavit, conferre teneatur. *VIGEL. in Method. jur. controv. lib. 4. cap. 7. reg. 13. except. 4.* (4.) ut arma ſint immunia à præſtatione vectigalium. *l. 3. C. de vectig. BARO ENENCHEL. d. privil. mil. c. 21.* Hæc de militibus tam armatis, qvam togatis admonuiſſe ſufficiat. Qvid autem de 21.
illis militibus cenſendum, qvi extra miltiam conſtituti. *vid. inter alia l. 13. C. de re milit. l. Veterani 3. C. de veteranis lib. 12. TIBER. DECIANUS. 8. tract. crimin. 3. n. 39. in fin.* qvi plerumqve

ſunt milites vagantes, planetæ terreſtres, qvi qvidem nomen militum prætendunt, re ipſa ſunt catuli in ſylvis, ut inqvit *BALDUS in l. in fin. C. qvi bon. ced. poſſ.* & vulgo vocantur Herrnloſe Knechte / Garden Brüder / ümblauffende lediggänger hi ſub gravi pœna non ſunt tolerandi, ut patet ex Impp. diverſis Conſtitut. qvæ habentur *in Receſſ. Imp. de ann. 1551.* §. und nach dem auch *100. p. m. 488. de ann. 1555. 1595* &c. & ſpeciali Edicto. *CHRISTIANI* IV. Reg. Dan. glor. memor. de anno 1622. quod habetur in Hollſt. Landg. Ordn. p. 169.

CAPUT. IV.

De

FINE ET EFFECTU ARMORUM.

SUMMARIA.

1. *Armorum finis in civitate ſui defenſio.*
2. *Hæc omni jure conceſſa & licita.*
3. *Etiam Divino novi Teſtamenti.*
4. *Neceſſitas omnes leges poſitivas limitat.*
5. *Qvalem offenſionem præſupponat juſta defenſio:*
6. *An provocatio ad pugnam inſtar ſit juſtæ offenſionis.*
7. *Exempla populorum apud qvos duella in uſu.*
8. *Lites abbreviari Reipubl. intereſſe.*
9. *Per ſortem cauſæ eventum committi fortunæ.*
10. *Duella improbantur.*
11. *Ea non probare fortitudinem.*
12. *Media ordinaria & tuta excludere extraordinaria & ancipitia.*
13. *Superſtitioſæ probationes rejiciuntur.*

14. *Qvid*

14. *Qvid de inaugurali Monomachia ſtatuendum?*
15. *Qvid de Duello Davidis cum Goliatho?*
16. *Injuria an armis vindicanda?*
17. *An injuria diſſimulanda?*
18. *Retorſio an modus propulſandi injuriam.*
19. *Conatum in criminalib. non plecti pœna ordinaria.*
20. *Provocatus provocantem occidens an ordinariè puniatur.*
21. *Minas armis non eſſe propulſandas.*
22. *An inſultatus teneatur expectare primum actum.*
23. *Vim pudicitiæ illatam armis rectè repelli.*
24. *An poſſit omitti defenſio ſui.*
25. *Utrum ob rerum defenſionem qvis jure occidi poſſit.*
26. *De moderamine inculpatæ tutelæ remiſſivè.*

USus finalis & Effectus primarius Armorum conſiſtit in vi nobis, noſtrisqve illata propulſanda, ſive in juſta 1. defenſione, qvæ de jure civili, Naturali ac Canonico non ſolùm hominibus, ſed etiam brutis animalibus 2. conceſſa *l.* 1. §. *cum arietes. ff. ſi qvadr. pauper. fec. cap. dilecto. princ. in verb. Præterea cum omnes leges omniaq; jura vim vi repellere, cunctisq; ſic ſe defendere permittant. de ſentent. excomm. in ſexto. OBRECHT. de neceſſ. defenſ. c. 4. n. 13. PROSPER. FARIN. qv. 125. n. 9.* Qvin imo de jure qvoqve divino defenſionem conceſſam eſſe, apparet ex *c. 21. Exod. v. 13. & Deut. 19. v. 9.* ubi conſtituit Deus aſyla, in qvæ confugiant illi, qvi ex improviſo occiderunt aliqvem. Quale jus habuiſſe etiam templum Hieroſolymitanum, Ebræorum teſtimoniis confirmat *JO. SELDENUS, lib 4. de Jur. Nat. & Gent. juxta Diſcipl. Ebr. cap. 2.* Si itaqve aſyla ſunt conceſſa, quidni etiam legitima propulſatio & defenſio conceſſa cenſeri debeat, ſi aliter qvis periculum evadere non poſſit.

poſſit. Vid. *GEORG. RITTERSHUS. lib. de Jure aſyli cap.3. PEGUER. deciſ. 40. 54. & 61. CHOCKIER. de juriſd. in Exemt. tom. 1. p. 4. qv. 65.* Ita *Geneſ. 14. v. 14.* Deus bellum tanqvam juſtum & legitimum, qvod Abraham ob defenſionem proximi ſuſcepit, approbat, qvantò magis ob
3. defenſionem ſui juſta licebit corripere arma. Neqve hæc defenſio in Novo Teſtamento præcepto Savatoris noſtri de non reſiſtendo *Matth. 5. v. 19* ullo modo deſtruitur, ſiquidem, ut aliis poſitivis, etiam Divinis, legibus generaliter
4. prolatis, ita etiam iſti, tacita ſubeſt Exceptio ſummæ juſtæqve necesſitatis, Vid. *BRUNOR. à SOLE. in LL. Commun. Jur. Caſ. Pontif. & Sax. tit. Necesſitas. n. 6.* Qvæ exceptio ipſi Chriſto Salvatori noſtro probata eſt, circa legem de non edendis panibus propoſitionis. Et Hebræorum Magiſtri legibus de cibis vetitis, aliisq; nonnullis ex veteri traditione eandem addunt exceptionem, non, ut inqvit *HUGO GROTIUS de jure B. & P. libr. 1. cap. 4. n. 7.* qvod Deo jus non ſit ad certam mortem ſubeundam nos obſtringere, ſed qvod leges qvædam ejus ſint argumenti, ut non credibile ſit, datas ex tam rigida voluntate; qvod in legibus humanis magis procedit, qvia ab hominibus leges ferri ſolent & debent cum ſenſu humanæ imbecillitatis. Confer. *FRIDER. BALDUIN libr. 4. de Caſ. Conſc. 1. caſ. 13* Ipſe Chriſtus permittit gla-
5. dium non in offenſionem, ſed in defenſionem. *Luc. c. 22. v. 36. 38.* ubi Chriſtus tale tempus imminere prædicit, ut gladii comparandi cauſa, vel veſtis vendenda eſſet, ſtatim Apoſtolis reſpondentibus, in ſuo commitatu duos adeſſe gladios, qvod non improbavit Salvator: qvamqvam in illo comitatu nulli eſſent, præter Apoſtolos. Optimè *D. AMBROSIUS lib. 10. in Lucam: O Domine,* inqvit, *cur me emere jubes gladium, qvi ferire me probibes? cur baberi præcipis, qvem vetas promi? niſi fortè ut ſit parata defenſio, non ultio neceſſaria.*

ria. Cum qvibus convenit illud Ciceronis: *Gladios haberi certè non liceret, ſi uti illis nullo pacto liceret.* Omnis autem defenſio ſeria præſupponit offenſionem, offenſio verò hic non qvælibet intelligitur, ſed violenta & injurioſa *l. 3. ff. de J. & J.* Vis infertur non verbis, ſed re ipſa. Verba enim aut ſunt provocatoria, aut injurioſa, aut minitantia. 5.

Qvantum ad verba provocatoria, vel nudam provocationem, an illa poſſit dici offenſio juſta, ita ut provocatus, niſi læſionem famæ velit evitare, comparere teneatur, inde dubium redditur, qvod affirmativa multos habeat aſſertores, qvorum rationes & argumenta principaliora ea ferè ſunt: 1. qvod duellorum uſus ſit vetuſtisſimus & apud plurimas gentes, ut Romanos *LIV. lib. 7. dec. 1. p. 161.* ubi de T. Manlio Torqvato & Gallo; adde plura exempla apud 6.

7. *GROTIUM* de *Jure b. & pac. lib. 3. cap. 20. n. 43.* Longobardos, *per text. 2. Feudor. tit. 27. de pace tenend. verſ. ſi qvis. ibi. 27. qvod in duello.* Græcos. *PLUTAR. in Eumen. tom. 2. oper. p. 306.* Gallos *BODIN. de Republ.* Anglos, *THOM. SMITH. lib. 2. de Republ. Angl. cap. 6. & 8.* ubi teſtatur, Angliæ conſvetudine invaluiſſe, ut tribus potisſimum modis ſententiæ, qvæ ſummum litibus finem imponunt, pronuncientur: in comitiis Parlamentariis, in certamine ſingulari, & in juridicis conventibus *Conf. POLYD. VERGIL. l. 7. Angl. hiſt. HECT. BOETH. hiſt. scot. lib. 16.* Italos *SENTIN. libr. 3. hiſtor. ſenat. popul. Genuens. p. 50. & 51.* Danos *SAXO. Grammat. in hiſtor. Dan. l. 14. qvi lib. 5.* teſtatur, qvod in Dania Frotho Rex legem tulerit, ut omnes controverſiæ & lites ferro dirimerentur: Gothos, Hungaros &c. uſitatisſimus fuerit *THEOD. ZWING. lib. 14. theatr. vit. human. GEORG. SCHöNBORN. polit. lib. 6. cap. 23. in fin. FR. HOTTOMANNUS. diſp. feud. c. 42. & in tr. de jure regn. Gall. c. 4. & 5.* II. Qvæcunqve abbreviant lites, & citius finem imponunt, à Republica non rejicienda eſ- 8.

ſe; ejusmodi vero eſſe Duellum; Majorem probant, qvia lites citius finire & litigantium ſumptibus conſulere ad bonum publicum ſpectet *l. 13. C. de Judic. l. 6. ff. de Minor. FR. PRVCKMAN. conſil. 38. n. 92.* III. Facta ſanctorum Principum & Virorum ſtudioſè eſſe imitanda, atqvi multos ſanctos Principes & viros ſingulari certamine pugnaſſe, ut probatur exemplo Davidis, qvi Goliathō, *1. Reg. 17. v. 49.* & Wenceslai Regis Bohemiæ Principis pietate, ſanctitate, religione incredibili præditi, qvi Curtzimeri Duci ſingulare certamen denunciavit, *MATTH. DRESSER. in Iſag. hiſtor. p. 4. p. 2. millen. 6. p. m. 12.* IV. Si liceat uti ſortibus, etiam liceret uti duello; rationem connexionis hanc eſſe, qvod in utroqve remedio eventus cauſæ ſeu negotij committatur fortunæ: prius probari partim ex jure divino *Num. cap. 16. verſ. 33. & cap. 33. verſ. 53. 1. Paralip. cap. 25. verſ. 5. & cap. 35. v. 9. Actor. cap. 1. verſ. 26.* partim ex jure civili *l. 14. ff. de Judic. l. fin. in pr. C. commun. legat. §. 23. Inſtit. de legat.* it. Autoritate vid. *ANDR. TIRAQVELL. de Jure primogen. qv. 17. opin. 1. n. 1. VENTVR. de VALENT. in Parthen. litig. lib. 2. cap. 5. n. 8.* V. Qvod jus ſit belli, idem etiam eſſe duelli; qvia eadem ratio; Si enim centenis millibus pugnare jus ſit, etiam denis millibus & mille & centenis ad extremum etiam binis pugnare jus fore. Planè qvo velut remedio honeſtas, gloria & fama tot Virorum illuſtrium & Nobilium imminuta labeq; offenſa vindicatur & redintegratur, omninò licitum videri, *LESSIVS de J. & J. dubitat. 12. n. 83.* Præterea certum eſſe, Edicto & Mandato Magiſtratuum eſſe obediendum; jam conſtaret, qvod duella non tantum ſæpe à Majeſtate permittantur, ſed etiam jubeantur, ut ſupra jam demonſtratum de Frothone Rege Daniæ *confer. SAX. Grammat. hiſtor. Dan. lib. 5.* Duella deniqve confirmare videri etiam jura noſtra *in textu lib. 2. Feud. tit. 27. de pace tenend. verſ.*

ſi qvis. ibi. *niſi per duellum hoc probari poſſit.* it. *verſ. ſi qvis alium, ibi: niſi qvod in duello, & §. 1. ſi ruſticus 3. verſ. Si miles adverſus militem pro aliqva capitali cauſa duellum committere voluerit & pasſim. ibid.* nec non in *L. qvi ann. 14. §. ſi libertas 6. ff. de bon. libert. ubi ignoſcendum ei, qvi provocatus ſe ulciſci voluit.* Contrà vero aliis videntur Duella talia non eſſe admittenda, & provocatum ſine læſione famæ tergiverſari poſſe, idq; ob ſeqventia argumenta, qvod contra bonos mores ſint ejusmodi provocationes, occaſionemqve tumultus præſtant, qvalia nec facere nos poſſe credendum ſit, *l. filius 15. ff. de condit. Inſtit.* Qvæ autē facta imposſibilia ſunt, qvomodo non facta infamiam importent? Qvomodo is, qvi potius omnī honore dignus, dum contra præcepta legum armis experiri detrectat, *l. ſi cujus rei. 3. §. sed. ſi inter duos 3. ff. de uſufr. L. ſi qvis 91. ff. de Furt. l. Nullꝰ 14. C. de Judæis,* puniri mereatur? *BENED. CARPZOV. pract. crim. part. 1. qv. 29. n. 72.* Nec pro cordatis, ſed temerariis potius haberi Monomachos. Fortem enim dici, qvi circa maxima pericula intrepidus verſatur, ut inqvit *ARISTOT. lib. 3. Ethic. c. 10.* juxtaq; Deum & Magiſtratum timet, *ARISTOT. d. l. cap. 9. IMPER. in Novell. 69. pr.* eam ſaltim forditudinem laudare, qvæ cum juſtitia & honeſtate conjuncta eſt. Ad hæc ſicut aliàs pro imbelli non habetur, qvi abſtinet ab eo, qvod ſibi etiam civiliter dedecori eſt, vel probro reputatur, utiqve nec eum pro puſillanimi habendum eſſe, qvi tam ſuum, qvam adverſarii periculum, æternam ſcilicet ſalutem, qvæ momentum famæ & exiſtimationis civilis longè ſupergrediatur concernens, penſi habeat, pugnam rationabiliter detrectet, ac documentum forditudinis in aliud commodius & Reipublicæ utilius magis proficuum tempus rejiciat. Confer. *OBRECHT. de defenſ. neceſſar. cap. 11. n. 63. SANCHETZ. lib. 2. moral. cap. 39. n. 7. Dn. JOH. BRUNNEM. tr. de inqviſ. cap. 9. n. 69.* Porrò

10. (beside "ejusmodi provocationes…")

11. (beside "tis, ſed temerariis…")

rò mediis ordinariis juſtis & conceſſis omni jure divino & humano præſentibus non eſſe recurrendum ad extraordina-
12. ria, injuſta, illegitima & prohibita; ſed in promtu eſſe media legitima ordinaria, & juſta conceſſa. Magiſtratum enim ab ipſo Deo eo fine conſtitutum eſſe. *Rom. cap. 13. v. 1. & ſeqq.* Haberi legitimum & ordinarium juris proceſſum, & ubicunqve ſuppetat remedium juris, ceſſare debere viam facti *MATT. COLER. in tract. de Proceſſ. Execut. p. 1. cap. 5. n. 32.* Et melius eſſe, nocentem abſolvere, qvam innocentem condemnare *l. 5. de pœn. l. 47. ff. d O. & A.* ſed duello ſæpius, qvorum cauſa jure & æqvitate optima, ſtolidiſſimi Deorum omnium Martis arbitrio pugnantes occumbere *cap. 2. X. de purgat. vulg.* Nec dubitari, qvin hæc ſit utriusqve voluntas, ut alterum interficere velit; at alterutrum oportere eſſe innocentem. Noſtrum non eſſe Deum tentare, *Matt. 4. verſ. 7. Devt. 6. verſ. 16. cap. 22. v. 22.* id per duella fieri, *cap. 22. c. 2. qvæſt. 5. c. fin. X. de purgat. vulg.* cum enim res nullis veſtigiis poſſit deprehendi & Deus καρδιογνώςης eam ſibi ſoli reſervarit, perqvam intolerabilem eſſe importunitatem, eam velle inveſtigare, cum etiam jure civili omnibus tentatis juſtis rationibus magiſtratus, qvi nihil de facto poteſt col-
13. ligere, reum debeat abſoluere *l. 9. C. de O. & A. l. 4. C. de Edend. l. 2. C. de probat. WAHREMVND. de ERENBERG. de fœder. p. m. 214.* & ob eandem cauſam qvoq; abrogatam eſſe probationem ferri candentis, aqvæ oleiq; ferventis, &c. iſtas enim probationes diabolico inſtinctu excogitatas, & ad divinæ potentiæ tentamina vergere, *cap. fin. X. de purg. vulgar. DANIEL VENATOR. in Analyſ. Jur. Pontif. libr. 5. cap. 35. JOH. GERHARD. in Qvæſt. polit. dec. 6. qv. 10.* Videmus hic, qvod pro utraqve ſententia argumenta ſint in promptu. Qvomodo autem hæc contrarietas concilietur,

vel cujus opinio victoriam reportet, noſtrum certas ob cauſas non eſt definire. Videri pro nobis poteſt Generoſiſſ. Dn. *GERHARD. JANUS* de *LEDEBAUR.* Eqves Ravensb. tum decus ſtudioſæ Nobilit. in Acad. Argentor. jam vero Sereniſſ. Elect. Brandenb. Conſil. intim. Camerar. & Satrapa digniſſ *in ſuo tract. de uſu Armor. legit.* & Generóſ. Dn. *CLAMER de LEDEBAUR.* Eqv. Ravensb. *in tr. de Hoplophoria* , *CARD. JOH. de LUGO tr. de J. & J. diſp. 10. ſect. 8. n. 171. 172.* & Dn. *BRUNNEM. tr. de inqviſ. c. 9. n. 69.*

Qvod verò concernit Monomachiam Inauguralem, de qva varii variè non ſine ratione diſputant, ac plurima exempla, ex antiqvitate, tam ſacra qvam profana allegant, *IUL. FERRETTUS tr. de Duell. n. 8. & ſeq. Autor* der Frantzöſiſchen Reichshändel *apud Goldaſt. libr. 2. Polit.* Reichshändel *p. 2. diſc. 3. SLEIDAN. libr. 6. pag. 137.* Qvale certamen Goliath populo Iſraëlitico obtulit *1. Sam. c. 17. v. 8.* cujus ſupra jam mentio facta. Item exempl. Abneris & Joabi, *2. Sam. 2. verſ. 14. & ſeqq* qvas Monomachias inaugurales apud Germanos veteres ſolennes fuiſſe, docet *TACIT. de moribus germ. cap. 10.* Verum & hæ ſunt improbandæ, qvia eventus docuit, Deum hujusmodi cruenta ſpectacula omnino abominari, inqvit *BRENTIUS ad cap. 2. Samuel libr. 2. n. 14.* Et non ſic ludendum ſangvine hominum, non ſic fortitudo virilis, donum Dei, proſtituenda eſt temerè. Neq; exemplum Davidis cum Goliatho confligentis pro antitheſi recte inducitur, qvia in hac dimicatione multa ſingularia intervenerunt, & ideo non omnem Monomachiam bellicam à crimine abſolvunt. Qvia David divina ordi- 15.
natione per Samuelem unctus & vocatus, ut eſſet Rex Iſraelis, qvod non cuivis contingit. *BRENTIUS homil. 60. pag. 617.* Neq; ex actibus & exemplis planè ſingularibus, &

& exceptivis conficiendæ ſunt regulæ, ſed vice verſa & regula in contrarium conſtituenda, qvæ per hos caſus exceptos fortius in cæteris confirmetur. *BALDVIN. in caſ. conſc. libr. 4. cap. 1. caſ. 12. p. m. 884.* ſiqvidem talis dimicatio etiam bellica alias regulariter illicita eſt, ut probatur *Levit. 19. v. 18. Eſai. 58. v. 4. Matth. 5. v. 39. Rom. 12. v. 18. 1. Corinth. 13. v. 5. Confer. CHRIST. BESOLD. lib. 2. Polit. cap. 7. §. 39. HENNING. ARNIS. lib 2. Pol. cap. 5.* de hac materia confer omnino Generoſ. Dn. *CAJUS RUMOR.* Eqv. Holſat. *in doctiſſ. ſua diſput. de Duello qvam ſumma cum laude in Acad. Altorph. anno 1658. habuit* & Excel. Dn. *SAMVEL RACHELIJ. in diſp. ſua in augurat. de Duello. per tot.*

Sed hæc pro inſtituti modulo dixiſſe ſufficiat de ſolenni provocatione. Altera offenſio verbalis eſt injurioſa, qvæ
16. ſimili modo regulariter armis non eſt repellenda *cap. ſignificaſti. 18. §. ult. X. de homic. clement. Si furioſus. eod. DOMHOVDER. in pract. crim. c. 76. n. 14. ibi. ſi me qvispiam invadat inermis.* Nam nec ea vis talis eſt, qvæ ſupremam alicui adferat necesſitatem, uti probat *OBRECHT. tr. de neceſſ. defenſ. cap. 2.* Nec enim in poteſtate cujusqvam privati eſt, injurioſis verbis alterius famæ & exiſtimatione revera detrahere, qvæ ſicut virtute & honeſtate vitæ comparatur, ita non niſi per facta turpia & inhoneſta lex ipſa miniſterio judicis per ſententiam notat, alioqvin uno momento qvis integram univerſitatem hominum infamem reddere poſſit, *BACHOV. in Tr. V. 1. diſp. 11. th. 4. lit. A. HILLIG. in Donell. libr. 15. c. 38. lit. M.* Sane qvia fama bona non parum
17. juvatur, & quaſi declaratur honeſta concivium opinione, qvam de altero conceperunt, hactenus aliqva ratione illi detractum videri posſit, ſi qvis illatam injuriam disſimulet, tanqvam ex conſcientia ſceleris impacti hoc faciat. Sed ob id neceſſe non eſt, ut alterum ſtatim ad pugnam provocet, ſeqve ipſum viâ facti privatim ulciſcatur; ſed vel in judicio, actione

actione injuriarum vindicari poteſt. *l. 25. ff. de Procur.* (cum ſuppoſitione tamen ordinis, graduum & locorum) Qvod ſi & hoc grave ſibi qvis putet, & ſumtuoſum judicium ſubire, ſuppetit illi remedium verbalis retorſionis (de qvo confer. *HENNING. RENNEMAN. tr. de jure retorſion. BERLICH. p. 5. concl. 64. GAIL. 2. obſ. 100. NIC. BOERIVS. deciſ. 169. CARPZ. Ipr. for. par. 2. conſt. 25.*) extra judicium, qvo incontinenti injuriam in adverſarium rejiciat. *OBRECHT. tract. de neceſſ. defenſ. c. 9. n. 8. GEORG. FRANTZ. Exercit. 12. qv. 7.* Facit præterea pro hac ſententia, qvod hujusmodi provocator Magiſtratui Politico autoritatem detrahat, & contra manifeſtam ſanctionem juris Divini vindictam ſibi ſumat, & illum injuſtitiæ qvaſi arguat, qvi tamen in hunc finem à Deo conſtitutus, ne qvis ſibi ipſi jus dicat, ac propriam vindictam exerceat. *Rom. c. 13. l. Extat. 13. ff. qvod met. cauſa l. 7. C. unde vi l. ult. C. ad L. Juliam. de vi publ. & privat. l. 176. ff. R. I.* Qvæ cauſa eſt, qvod provocator, licet provocatus ad certamen non comparuerit, etiam ſi provocatio verbis non contumelioſis facta ſit, extra ordinaria pœna afficiatur. *Conſtit. Elect. Saxon. 9. part. 4. OBRECHT. de defenſ. neceſſ. c. 11. n. 61. BENED. CARPZOV. prax. crim. p. 1. qv. 29. n. 73.* Si verò provocatus injurioſis verbis laceſſitus compareat, pœna utriusqve pro diverſitate locorum diverſa ſtatuitur, itaqve diſtinctionibus qvibusdam rem expedire putat *AVGVSTVS VISCHER. in tr. de Duello proviſo. th. 20.* ſcil. 1. Diſtingv. inter provocantem & provocatum, ille vel occidit, vel ſaltim vulnerat, priori caſu pœnæ ordinaria L. Corneliæ de Sicariis tenetur, idqve vel maximè cum ex qvalitate lethalium armorum & ex ſubſecuto homicidio appareat, eum occidendi animum habuiſſe. *l. 1. §. 3. l. 7. ff. ad L. Cornel. de ſicar. cap. 18. X. de Homic. Conſt. crim. CAROL. V. art. 137. JACOB. MENOCH. A. I. Q. cent. 2. caſ.*

29. *caſ. 295.* Sed poſteriori caſu, arbitrio Judicis tantum puniendum, qvia in delictis conatus delicti mitius punitur, qvàm delictum perfectum. *Exod. 21. v. 18. Levit. 24. v. 18. l. 1. ff. de Extraord. crim. l. 21. §. 7. de Furt. l. 225. & ad illam GOEDD. ff. de V. S. MATTH. WESENB. in paratit. ff. ad L. Cornel. de ſicar. n. 16.* Excell. Dn. D. *SCHMIDEL. Diſſert. de conatu. CARPZ. pract. crim. qv. 17. n. 6 & Jpr. for. p. 4. conſt. 4. def. 3. BACHOV. in Tr. v. 2. diſp. 32. Th. 6. lit. A. in fin.* In provocato pari modo diſtingunt, aut occidit, aut vulnerat, priori caſu non ordinaria pœna L. Cornel. ſed mitiori & extraordinaria puniendus, qvia juſto dolore ad occidendum movetur, qvi ab altero verbis injurioſis provocatur, eundemqve ardenti pugna (vor der Fauſt) occiderit. Et ignoſcendum ei, qvi voluit ſe ulciſci provocatus. Qvæ ſententia expreſsè confirmata *in Conſtit. Elect. Saxo. 10. part. 4. in verb.* Würde ſich es aber zutragen / daß der / ſo durch Ehren verletzliche Worte gefordert / den provocanten entleibete / ſo ſoll er in Erwegung der Perſonen Umbſtände mit ordentlicher Straffe der Todtſchläger nicht beleget / ſondern willkührlich als mit Landes-Verweiſung und dergleichen geſtrafft werden. *BENED. CARPZOV. pr. crim. part. 1. qv. 29. n. 78. LUDOV. CARER. in prax. crim. fac. 1. n. 11. p. 177.* Diſſent. Dn. *JOH. BRUNNEMAN. proceſſ. inqviſit. c. 9. n. 62. ſeqq. ANT. MATTH. de crimin. ad lib. 48. ff. tit. 5. c. 3. n. 8.* Poſteriori caſu provocatus planè immunis ab omni pœna etiã extraordinaria, præſertim ſi provocatio fuerit continua & connexa, nec ullum ſit edictum, ſive interdictum, vel ſit edictum, & nulla pœna certa inſerta, ſi verò certa pœna inſerta, ad eam actione generali ex illo edicto tenetur. Sed hodiè tota hæc res fortè aliter decidenda poſt noviſſimum Decretum Imperatoris Statuumqve Imperii Ratisbonæ in Comitiis de Duellis publicatum. Et planè etiam absqve ejusmodi Decreto dubitandum, an hæc ſatis

ſolidè

ſolidè & verè dicantur, conſcientiæqve judicantis ſatisfaci-
ant, dum non minus provocatus, qvàm alter, qvi provoca-
vit, omni jure à duellis abſtinere jubetur, qvod maximè pro-
cedit, ſi provocatus convitiandi initium fecit, ut ſæpè fit, &
inſigni injuria provocantem proſcidit. Confer. *LEONHARD.
FRONSBERG. libr. 4.* Von allerhand Kriegs-Rüſtung *fac.*
§. Item es ſoll auch. *pag. 64.* Qvid autem de ejusmodi pro-
vocatione injurioſa conſtitutum ſit in Holſatia, vid. *CHRI-
STIANI IV. Regis* Daniæ *&c.* glorioſ. mem. *Revidirte*
Landgerichts-Ordnung *ſub tit. conſtit. de anno 1636.* betreff. die
Eccleſ. & criminal. §. So viel nun ferner ꝛc. Holſt. Landger.
Ordn. *pag. 197. & ſeqq.* Tandem nec verba minantia ſta-
tim armis ſunt repellenda, niſi ſint conjuncta cum aliqvo vi-
olentiæ argumento, qvod ex armorum præparatione proba-
biliter colligitur *L. ſed & ſi. 5. pr. ff. ad L. Aqvil. l. ſi qvis 3. C.* 21.
ad L. Corn. de ſicar. Conſtit. Car. V. art. 140. ut ſi qvis telo le- 22.
thali ferro fuerit invaſus, & qvidem inſultatus debet expe-
ctare aliqvem actum ab inſultante *FARIN. pract. crim.
p. 4. tit. de homic. 14. qv. 125. n. 58.* licet inſultatus primum
ictum expectare non tenetur, *arg. l. 3. C. ad L. corn. de Sicar.
l. 3. §. 3. ff. de vi & vi arm. LUD. MOLINA. de J. & J.
diſp. 11. n. 5.* qvia melius eſt in tempore occurrere, qvam poſt
vulneratam cauſam remedium qværere *l. 1. C. qv. licet ſe uni-
cuiq; vind.* plura de verbis minatoriis, eorumqve effectu pro-
lixe legere licet apud *MARC. TOB. NEUBRONNER.
tr. de Admenat.* Dn. *BRUNNEM. de Inqviſ. c. 9 n. 59. HILLIG. in
Donell. lib. 17. c. 2. Lit. O. FARIN. pract. crim. qv. 125. n. 67.*
Reqvirimus ergò regulariter vim qvandam realem, qvæ in-
feratur vel perſonis, vel rebus noſtris. Perſonis inqvam ſi-
ve corporibus propriis, ſive conjunctis. Ubi realiter vis in-
ferri dicitur, cum corpori hominis vis infertur, qvæ vel pu-
dicitiam, vel vitam attentet. Nam & eam vim qvibuslibet

armis arceri poſſe, qvæ contra pudicitiam certo directa eſt, intrepidè ſtatuimus *arg. can. 9. cauſ. 32. qv. 5. & can. 11. cauſ. 23. qv. 5.* ubi dicitur, qvod non liceat perire propria manu, niſi eo caſu, ubi caſtitas periclitatur. *CARD. JOH. de LUGO. tr. de Juſt. & Jure diſp. 10. ſect. 10. n. 195. & 196. HIER. TREUTL. vol. 1. diſp. 1. th. 4. lit. C. VASQ. 1. controv. illuſtr. 11. n. 19.* Diſſent *BALDUIN. tr. de Caſib. conſcient. libr. 4. cap. 1. caſ. 15.*

14\. Et nullius honoris æſtimatio tanti eſſe debeat, ut per vitam alterius redimatur, ſiqvidem hominibus ingenuis ſtupri violenti metus major eſſe debet, qvàm mortis *l. 8. § 2. ff. qvod met. cauſa.* Nec vita innocentis, ſed hominis ſcelerati cum virtuoſi hominis pudicitia & honore comparanda eſt. Jam autem violentus pudicitiæ invaſor, ſcelerato auſu ſupplicium meritus eſt. *l. unic. & ad illam Dn. JOH. BRUNNEM. C. de Rapt. Virg. Conſt. crim. CAROL. art. 240. ibi:* Ohne Verletzung guten Leumuhts/ *id eſt pudicitiæ. arg. art. 119.* So jemand einer unverleumbden Ehefrauen/ Wittben/ oder Jungfrauen mit Gewalt/ und wider ihren Willen ihre Jungfräuliche oder Fräuliche Ehre nehme/ ubi unverläumbde Jungfrau nominatur, cujus virginitas illæſa, unde violentus pudicitiæ expugnator einem Räuber gleich ſol mit dem Schwert vom Leben zum Tode gerichtet werden. *dict. Conſt. CAR. V. art. 119. OBRECHT. de defenſ. neceſſ. c. 2. n. 5. & ſeqq.* Si autem violentia talis ſit, qvæ non famam noſtram, aut pudicitiam, ſed vitam ipſam attentet, illam pari modo & merito armis arceri & poſſe & debere ſtatuimus, non ſolùm cum jam percuſſio facta, ſed & ubi adverſarius in actu percutiendi proximo, imo etiam remoto conſpicitur, cum nemo primum ictum expectare tenetur, (ut jam proximè demonſtratum) Imo, qui tum defenſionem ſui omittit, dolum perpetrare cenſetur, & alterius culpam ſuſtinet. Confer

ANDR.

ANDR. GAIL. libr. 2. obſerv. 110. 19. DAN. OTTO. jur. publ. p. m. 271. MOLIN. de J. & J. tr. 2. diſp. 697. n. 4. PAUL. BUSIg. ad l. 4. ff. ad L. Aqvil. In rebus verò defendendis, ita armis uti debemus, ne tamen ideo qvemqvam interficiamus, cum rerum licet pretioſiſſimarum nulla cum vita hominis etiam noxii inſtitui poſſit comparatio, præſertim ubi res ſola certo periclitatur, ut inquit Nobil. Dn. *JOHANN. BRUNNEM. in Repet. Weſenb. ad tit. ad L. Aqvil. qvæſt. 8. Item tr. de Inqviſ. c. 9. n. 57.* Qvod ſi tamen, dum noſtras res defendimus, qvis nos ipſos violenter aggredi pergat, qvia jam non amplius de rebus, ſed de proprii corporis ſalute agitur, impune etiam invaſor bonorum noſtrorum, & infeſtator corporis occidatur. Sed omnia illa, quæ in hoc capite dicta, debent qvam maximè inteligi cum ſuppoſitione ordinis & gradus, ita ut diſtinguatur inter perſonas illuſtres & non illuſtres, nobiles ac ignobiles, militares ac civiles, it. an cauſa ſit obſcura vel manifeſta, an ſit capitalis, vel non capitalis. *Confer. omnino DOMIN. ARUMÆUS ad A. B. diſc. 6. n. 19. MATT. BERLICH. pract. concluſ. part. 4 concl. 6. ANDREAS GAIL. lib. 2. obſerv. 100. n. 7. MOLIN. tom 4. tr. 3. diſput. 16. CÆPOLL. 3. conſil. 44. p. 158. MATT. WESENB. Parat. ad ff. ad L. Cornel. de Sicar. n. 21. BACHOV. vol. 2. diſput. ad Treut. 30. th. 3. lit. C.* Et hæc qvidem de fine & effectu armorum in privatis dixiſſe ſufficiat, poſſit qvidem hic adduci moderamen inculpatæ tutelæ, in qvonam illud conſiſtat, & quis ſit ejus effectus, ſed cum ratio temporis habenda, hoc caput concludamus, qvi verò illud in terminis legere cupiat, *adeat BENED. CARPZOV. Pract. crim. p. 1. qv. 28. per totam. JACOB. MENOCH. A. I. Q. 877. OBRECHT. de defenſ. neceſſ. c. 13. n. 21.*

CAPUT. V.

De

CONTRARIIS ARMORUM.

SUMMARIA.

1. *Ad contraria refertur armorum probibitio.*
2. *Ejus exempla ſacra.*
3. *Profana.*
4. Rationes *politica.*
5. *An omnibus ſubditis auferanda poteſtas armis utendi?*
6. *Intellectus* l. un. C. ut uſus armor.
7. *An ad Nobiles ea pertineat.*
8. *Ruſticis in ſpecie probiberi arma babere.*
9. *An Mulieribus arma concedenda.*
10. *Fortitudinis muliebris exempla.*
11. *De Gynaecocratia remisſivè.*
12. *Clerici ab uſu armorum removentur.*
13. *An & qvatenus Mercatores?*
14. *De opificibus eorumq; miniſtris.*
15. *De Judæis & Hæreticis.*
16. *De peregrinis.*
17. *An à ſacris locis debeat exulare uſus armorum.*
18. *An in Palatio Principis ea portare liceat.*
19. *An in Comitiis & Conviviis?*
20. *Qvænam arma, armis lege probibitis, probibita cenſeantur.*
21. *Effectus probibitionis bujus.*
22. *Contra gerentes arma probibita, qvalis præſumtio.*

13. *Arma diſtingvunt vim publicam à privata.*
14. *An, ſi apud plures arma reperiantur, omnes puniendi.*
15. *Cujus ſit cognitio & punitio, ſi armis contra prohibitionem qvis fuerit uſus.*
16. *An apparitores ſine mandato ſpeciali ſub tunicis vel palliis eorum arma reqvirere poſſint, qvos ſuſpectos hoc nomine habent.*
17. *An cum armis deprehenſus is etiam dici poſſit, qvi ſaltem viſus.*
18. *An ſub cautione dimitti poſſit cum armis deprehenſus.*

AD Armorum contraria pertinet eorum prohibitio, 1.
qvæ legibus tam antiqvis, qvam recentioribus non incognita. Sic enim apud politiſſimas qvasqve gentes, arma non promiſcuè fuiſſe in privatorum manu, & ſacræ & profanæ literæ teſtantur. Etenim in eorum, qvi 2.
arma tenent arbitrio poſitum eſſe, qvieta an turbulenta ſit Reſpublica, jam olim cenſuere. *ARISTOT. lib. 4. polit. cap. 8.* & *CYRUS. apud Xenophon. Cyroped. lib. 7.* In ſacris le- 3.
gimus, qvod populo Iſraelitico, inter leges imperii tranqvillitatis, injunctum fuerit *lib. 1. Sam. cap. 13. v. 19. itemqve ex lib. 2. Reg. cap. 24. v. 14. & 16.* ne inſtrumentum aliqvod bellicum ſive cuderent, ſive uſurparent antea cuſum. *CASPAR SANCTIUS. in lib. 1. Reg. cap. 7. n. 34.* Idem ferè, qvod Philiſtini, in eum populum admiſere Chaldæi, qvi, ut legere licet *lib. 4. Reg. cap. 24. v. 14.* omnem ei fabrum abſtulerunt, inqvit idem *CASPAR. SANCTIUS. ad cap. 13. d. l 1. n. 55.* & *ex 2. Chron. c. 32. v. 5. & 6.* apparet, Hiskiam Regem armorum fabricationem ſuæ curæ & inſpectioni reſervaſſe, & *ex libr. 2. Chron. cap. 26. v. 14.* Uſias ex armamentario ſuo, exercitum omni armorum apparatu inſtru- 4.
xiſſe, colligitur. Ex profanis ſcriptoribus teſtatur non tan-

tum *LIVIVS lib.3. TACT. 1. hiſtor. 38. v. 5. & cap. 80. verſ.*
3. Sed & *CICERO pro Rabir, in med.* ingruente bellorum
neceſſitate, ex armamentariis publicis arma populo Romano
à Conſulibus diſtributa fuiſſe. Qvemadmodum aliarum
gentium arma clauſa, ſub cuſtode, miſſione autem facta vi-
ciſſim ad Tribunos relata fuerit, docet idem *TACIT. in Ger-*
5. *man. cap. 44. libr. 2. hiſtor. 67. v. 1.* nec deſunt aliæ rationes
qvam plurimæ, qvæ jus Exarmationis defendunt ac ſuſti-
nent; ſive imperantium, ſive parentium ſalutem ſpectes;
facit enim plurimum ad ſecuritatem Imperantis, qvia ſi ar-
ma tantum in ipſius, & non poteſtate ſubditorum poſita,
ſecurè imperabit, non modò volentibus, ſed & invitis *A-
RIST. Polit. libr. 5. c. 11.* Confer etiam doctam illam Diſqviſ.
Polit. de Prudentia Peregrinandi, qvam Generoſiſs. Dn.
*DETHLEFF BROCKTORFF. Eqves Holſat. Frater meus
Germanus perqvam dilectus habuit Helmſtadii Anno 1663. ſub
Præſidio Excell. Dn. HERM. CONRING. th. 19. 20. & ſeqq.*
Ad ſecuritatem parentium pertinet, ne licentia portando-
rum armorum audaciam in iis excitet, & inter temulentos
viſa arma cupidinem ſui moveant. *PETR. GREG. THOLOZ.
de Republ. libr. 9. c. 1. num. 13. 14. & ſeqq.* Sed & occaſionem ſæ-
pè ſuggerunt turbarum, *HENNING. ARNIS. Polit. cap.
5. th. 4.* An verò omnibus ſubditis arma auferenda? Ita vi-
detur per *L. unic. Cod. ut uſus armor. inſc. Princ. interd. libr.
XI.* quæ loqvitur generaliter: *Nulli prorſus,* inqvit, *nobis
inſciis atq; inconſultis qvorumlibet armorum movendorum copia*
6. *tribuatur.* Ex qvibus verbis colligere licet, qvod Armorum
uſus inſcio Principe, nec fabricatoribus armorum, aut aliis
quibuscunqve non militantibus *Nov. 17. c. ult.* ac ne mili-
tantibus qvidem, extra uſum belli fuerit conceſſus, niſi cui
Princeps generaliter ob ſtatum, conditionem, gradum, vel ob
meri-

merita ſpecialiter conceſſerit, *de qvibus vid. cap. 3. de objecto Armorum.* Dixi, militibus arma prohibita extra uſum belli, nam bello durante milites utiqve cincti, armatiqve eſſe debent, *l. milites. 15. C. de re militar. l. milites 31. C. Loc. cond.* De militibus autem exauctoritatis, & militia misſis ſuprà diximus. Qvin & Nobiles hac Armorum prohibitione 7. comprehendi putant nonnulli Doctores ex clauſula univerſaliter negante *d. l. un. C. ut uſus arm.* *FARINAC. qvæſt. 108. ampl. 7. n. 25. arg. §. ſi qvis Ruſticus 2. Feud. tit. 27.* Sed ſciendum, qvod in *d. l. un.* reperiatur generalis limitatio, ſc. *Nobis inſciis & inconſultis.* Cum itaqve poſterioribus ſeculis Principes non tantum prærogativa dignitatis Nobilibus geſtationem gladiorum conceſſerint, ſed etiam jure obligationis Vaſallliticæ, paratos & in armis eſſe voluerint, (ut ſupra *cap. 3.* jam dictum) quivis intelligit facile, Nobiles ex duplici ratione ab hac prohibitione eſſe exceptos. Confer. *CHRISTOPH. BESOLD. Polit. libr. 1. th. 3. verſ. 2.* Sed de Ruſticis ſciendum, ſi præcepta Juris conſulamus, 8. qvod ad hos in ſpecie pertineat Exarmatio, non tantum per *d. l. un. C. ut uſus arm.* ſed etiam *2. Feudor. tit. 27. de pace tenend. §. ſi qvis 5.* ubi hæc verba: *Si qvis Ruſticus arma, vel lanceam portaverit, vel gladium; Judex, in cujus poteſtate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti ſolidos pro ipſis recipiat à Ruſtico.* Qvæ conſtitutio Friderici poſterior, qvam Impp. *VALENTIN. & VALENT. in. d. l. un. C. ut uſus arm.* Enimverò rationi non tantum civili, ſed & naturali contrarium videtur multitudini agreſti arma permittere. Confer. *FRID. SCHENCK. L. Baro à TAUTENB. libr. 3. tit. 5.* Qvod 9. concernit ſexum muliebrem, num illi arma concedenda, in quæſtione eſt. Notum enim ex ſacris pariter ac profanis Scriptoribus, qvod hic ſexus non adeò mollis ac effœminatus

tus per naturam ſit, ut non aliqvando non tantùm procaciſſimæ affectationis armorum exempla, verum etiam fortitudinis militaris ſimulacra ediderit. Legitur enim apud
10 *JUSTIN. libr. 25. hiſt.* quod Pyrrhus, cum bellum gereret adverſus Spartanos, majore mulierum, qvam virorum virtute fuerit exceptus, & apud *DIONEM libr. 61. hiſt.* inter Germanorum cadavera ſub Imp. Antonio Phil. in Italia cæſa, mulierum quoqve corpora armata reperta fuiſſe. Sic in expeditione Alemannorum in Palæſtinam virgines fuiſſe haſtatas & armatas, viriliqve habitu indutas, Martio vultu, Amazonibus audaciores, refert. *GEORG. SCHöNBORN. Polit. libr. 2. cap. 12. FLOR. hiſt. lib. 3. c. 4. THUAN. hiſtor. libr. 10.* De fœminis Trajectenſibus vide *FAMIANUM STRADAM. decad. 2. libr. 2. de bell. Belg p. 70.* de Fœminis Harlemenſibus, *eundem dec. 1. libr. 7. pag. 424.* Sed ob hæc ſingularia non ſimpliciter affirmanda quæſtio, nec ullam ideò excuſationem merebuntur, niſi tempore ſummæ neceſſitatis, qvæ nullam legem habet; qvia virilibus officiis fungi, meritò remotum & alienum eſſe debet à pudore ſexus fœminini. *l. 2. ff. de R. Jur. l. tutelam. 1. C. qvand. mul. tut. off. fung.* & ad illam Dn. *JOH. BRUNNEM. in Comment.* Uxores enim à viris, non viros ab uxoribus defendi æqvum eſt, ut eſt *in §. patitur 2. Inſt. de Injur.* Ut taceam, qvod mares ad imperandum, fœminæ ad parendum ſint natæ. *A-*
11 *RIST. libr. 1. polit. cap. 5.* Utrum autem fœminæ ad ſceptra imperii ſint admittendæ, vid. omnino negantes *JOH. BODIN. de Republ. cap. 5. HENNING. ARNIS. libr. 1. doctr. Polit. cap. 9. & libr. 2. Relect. Polit. Cap. 2. ſect. 12.* Dn. *HENRIC. KIPPING. Inſtit. polit. libr. 1. cap. 6.* Affirmantes *PETR. GREGOR. THOLOZ. de Republ. libr. 7. c. 11. ADAM. CONZEN. libr. 1. doctr. civ. c. 26. LAMB. DAN. Polit. libr. 6. c. 4.* & noviſſi-

viſſime ſupra laud. Dn. DANIEL BüTTNERUS *Minda-Weſtph. in Diſp. de Regn. & Regum jure. th. 33. & ſeqq.*

Deinceps quoqve Philoſophi & Clerici ab hoc jure armorum arcentur, qvippe profesſioni vitæ contrario, *l. 6. C. de mun. patrim. lib. X. l. 8. §. Philoſophis 4. ff. de Vacat. muner.* atque eis in ſpecie armorum uſus penitus interdictus *can. ſi qvis. diſt. 36.* Quin imo Clerici à Judicibus Laicis cogi poſſunt, ne arma deferant, qvorum præcepta ſi contemnant, pœnis affici poterunt, pœna tamen à judice Eccleſiaſtico ex juris communis diſpoſitione indicenda, ut docuit JOAN. à PLATEA *in §. item Lex Julia. Inſtitut. de Publ. Jud.* & DIDAC. COVARRUV. *lib. 1. pract. qv. c. 33. in fin.* ſcribit, in Hiſpaniis obſervari, ut Clerici cum armis ipſis deprehenſi à miniſtris judicis ſecularis ſpolientur. Apud Gallos verum obſervatur, ut Clerici arma portantes ab ipſismet judicibus ſecularibus puniantur, ut refert CHASSAN. *ad conſvet. Burgund. rubr. 1. §. 5. verſ. Archidiac. n. 79. JACOB MENOCH. A. I. Q. lib. 2. cent. 5. caſ. 394. n. 31. 32. & ſeqq.* Excipitur tamen caſus neceſſitatis, qvando Clericus contra vim tum ſibi, tum patriæ illatam ſeſe defendat *cap. olim cauſam. X. de reſtit. ſpoliat. c. 3. X. de Cleric. percuſſ.* Qvo etiam pertinent verba Edicti Curiæ Archiepiſc. Neapol. quæ in Lingva Italica hic lubet apponere. *Condemniamo alla pena de galera tutti qvelli Clerici li qvali ſaranno ritrovati portare Archibuſetti, piſtole, pugnali, ſtilletti & altri armi ſimili.* Verum hodierno tempore, quo baculus Aaronis & gladius Nimrodi una manu regitur, & Epiſcopi duplicem perſonam Politicam & Eccleſiaſticam gerunt, pari modo, ut reliqui Principes ſeculares non ſolùm in jurisdictione ſua exercenda armis utuntur THOM. MICHAEL. *de Juriſdict. th. 84.* ſed & ipſa armorum geſtatione vi ejusdem

 hypo-

hypotheſeos gaudent. WOLFFIUS *cent. 16. rerum memor. DAN. OTTO. jur. publ. p. m. 69.* Porro & alii ratione ſuæ conditionis ab armorum geſtatione arcentur, ut Mercatores, de quibus habetur expreſſa conſtitutio FRIDERICI.
13 *Imp. in l. 2. Feud. tit. 27. de pac. ten.* §. 5. in qua reperiuntur hæc verba: *Mercator negotiandi cauſa per provinciam pertranſiens, gladium ſuum ſuæ ſellæ alliget, vel ſuper vehiculum ſuū ponat, non ut quem lædat innocentem, ſed ut à prædone ſe defendat.* Ex quibus verbis colligitur, quod mercatoribus geſtatio armorum ſimpliciter ſit prohibita, ſcil. ut iis accingantur. Sed ejus quicquid ſit, hinc ferè per conſvetudinem diſceſſum, quæ, ut in aliis, ita & in his plurimum valet. GUTTIERETZ. *lib. 4. pract. qu. 16. n 137.* De reliqvis artificibus manuariis,
14 eorumque famulis non puto qvenquam dubitaturum, quin ab armorum geſtatione, ſi maximè ut dignitatis inſigne alicubi habeantur arma, jure civili arceantur. *L. Nemo. 6. C. de dignit.* & maximè mirandum, cur Magiſtratꝰ oppidanus in civitatibus imperij Romani ejusmodi turbæ hominum armorū geſtationem concedat, quibus non tantum nullo jure competere poteſt, ſed qvi inſuper occaſione armorum quotidiè multa delicta perpetrant, aliisque ſcandalum præbent. Alia certè ratio eſt apud Helvetios & Leodienſes, ubi opifices etiam armati ad operas accedunt, ut refert MARC. ZUER. BOXHORN. *Inſt. Pol. lib. 2. c. 9.* ibi *in Explanat.* §. 14. Poſtremò excluduntur ab hoc jure & armorum geſtatione omnes ſententia famoſa damnati *l. 2. C. de dign.* quibus an-
15 numeramus bajulos, cerdones, & alios infimæ fecis homines *l. ult. C. ad L. Jul. de vi publ.* it Judæos, *l. fin. pr. C. de Jud. & in Ordinat. Polit. de Anno 1530 tit.* Von der Jüden Kleidung 22. dicitur, quod Judæi pro gladio clavum ſeu annulum flavum portare debeant, quod & hodiè in multis civita-

ta-

tatibus obſervatur, ut Francofurti ad Mœnum &c. Idem ſtatuendum de Hæreticis per *l. 1. l. 4. & l. 7. C. de Manich. & Haret.* *BENED. CARPZ. part. 3. conſtitut. 14. de-* 16
fin. 10. n. 2. & Peregrinis, qvia hi jurium civilium & publicorum ſunt incapaces IOHAN. BODIN. *de Republ 1. c. 5. n 47.* niſi quatenus legationis aut alio munere cum dignitate conjuncto fungantur; quo jure omnes Itali in extraneos quosvis utuntur, quibus armorum uſum per civitates ſuas non permittunt. HENNING. ARNIS. *lib. 2. de Jur. Majeſt. c. 5. §. 9.* *DION. GODOFR. ad l. 1. C. de hered. inſtit.* cujus rei rationem politicam ſuppeditabit *Excell. Dn. D. SAM. RACHELIVS, in nova patria Academia Profeſſor celebratisſimus. in Commentar. ad l. 3. Cic. de Offic. p. 461.*
Et tantum de perſonis ipſis, quibus armorum uſus vel pro- 17
pter conditionem vitæ, vel ſexum, vel profeſſionem, vel incapacitatem eſt prohibitus. Sequitur, ut paucis quoqve agamus de locis, qui ab armorum ſtrepitu debeant eſſe immunes. Quorum primi ſunt loci ſacri, ut templa & monaſteria, intra qvorum ſepta ſine Præpoſitorum licentia arma tenere, aut geſtare nemini licet. *Clem. 1. verſ. quia vera X. de Stat. Monach.* Sed hodiè ex recepta conſvetudine non tantum gladiis accinctis intereſſe licet, [niſi quod religioſiores vel certè civiliores ad S. Synaxin & ſuſceptionem infantium è ſacro lavacro arma deponunt.] ſed in qvibusdam
civitatibus civibus jubetur, ut armati concionibus interſint. 18
RITTERSH. *de jur. aſyl. cap. 7. n. 5.* *Confer. Aur. Bull. cap. 2. §. 1.* ibiq; DOM. ARUMÆUS. *n 10.* Sed & loci profani, ut I. Palatium Principis *arg. tit. C. de vi Palat. &*
dom. domin. *ANGELUS in l. armatos 9. C. de publ.* II. 19
In conventibus & comitiis publicis armorum geſtatio eſt interdicta, TIRAQVEL. *de nobil. cap. 20.* JACOB.

MENOCH. *A. I. Q. 394. n. 35.* III. In conviviis arma quoqve deponi ſolebant. TACIT. *1. hiſtor. 80. & LIPS. ad d. l. not. 150.* Sed cum hic tractetur de prohibito uſu armo-
20 rum, & ſupra in cap. 1. facta fuerit mentio variorum generum armorum, non incommodè hic quæritur: *Quanam arma propriè in hanc legalem prohibitionem veniant?* Siquidem *in dicta L. un. C. ut uſus armor. inſc. princ. &c.* interdicitur uſus armorum indifferenter, ut adeo omnia armorum genera in hac prohibitione comprehenſa intelligi poſſint. Sed ſciendum, *per l. ſcire 17. ff. de Legib.* qvod omnis lex conſtet duabus partibus, ſcripto & ſententia, ſeu, quod idem eſt, verbis & ratione, ut dicit BERNH. SVTHOLD. *diſſert 1. th. 6. TIRAQVELL. in L. ſi unqvam C. de revoc. donat. verb. libertis n. 47. FINCKELTH. obſerv. 67. n. 8.* Potentior autem & prior eſt ratio legis, qvam verba ejusdem *DONELL. lib. 1. c. 13.* Ratio autem & finis *L. unic. C. ut uſus armor. inſc. &c.* fuit, prohibere arma inſidioſa, tam offenſiva, qvam defenſiva, ut tormenta minora, & manuaria, pugiones, gladiolos acutos, ſcuta, galeas, & ejus generis tela alia. Cætera verò, qvæ ad armandum hominem facta non ſunt, licet cædere poſſint, ut cultri, lapides, & fuſtes, in maleficiis quidem armorum nomine veniunt, ſed non in ſimplicis uſus prohibitione. Sic in Gallorum Regno Franciſc. I. Henricus II. Henricus IV. variis Edictis ſclopetorum uſum omnibus non militantibus prohibuerunt. Cod. HENR. *lib. 8. tit. 7. THVAN. lib. 4. hiſtor. & lib. 48.* Ita etiam ſtiletum non tantum in Sabaudia, ſed & in Italia ſub capitis pœna prohibitum. Confer. *l. 3. princ. ff. ad L. Cornel. de ſicar. JACOB. MENOCH. A. I. Q. caſ. 394. num. 41. & ſeqq. TIBER. DECIAN. tract. crim. 3. n. 29.* Quod ſu-
22 pereſt, hujus conſtitutionis prohibitivæ *in d. L. unic. C. ut armor.*

mor.

mor. uſus. effectus eſt varius & multiplex. Primus eſt, qvod in arma gerente contra prohibitionem præſumatur animus malus, præſertim ſi arma clancularia quis portaverit JACOB. MENOCH. *A. I. Q. caſ. 394. num. 32.* *THOM. de PIPERATA intr. de fama num. 68.* 2. In genere ex armis propriè dictis animus occidendi præſumitur, præſuppoſitis tamen terminis habilibus, *l. 1. §.* DIVUS HADRIANVS. *3. ff. ad L. Corn. de Sicar.* *ANDR. GAIL. libr. 2. obſerv. 110. num. 7.* MATTH. WESENB. *ad L. Cornel. de Sicar. num. 9.* 3. Is, qui cum armis ex ædibus occiſi aufugere viſus eſt, cædem perpetraſſe præſumitur, Conſt. *Crim. Carol. V. art. 25. & ad illam* MATTH. STEPHANI. maximè, ſi arma ſanguine ſint conſperſa *Conſt. Car. art. 33. verb.* mit blutigen Kleidern/oder Waffen geſehen worden ꝛc. qvo caſu putat MATTH. STEPH. *ad d. art. 33.* qvod hoc ſit ſufficiens indicium ad torturam; Conf. laud. Dn. DANIEL BüTTNERUS Minda-Weſtph. *in diſput. de Tortur. & Torment. cap. 2. num. 15.* quam nuper in hac Electorali Acad. ſub ejus præſidio defendit Dn. MAVRIT. MEIBAVM Haſſo-Caſſell. ſecus, ſi enſis ſanguine non ſit polutus, qvamvis reus viſus ſit in loco delicti, niſi alia adminicula concurrant. JACOB. MENOCH. *libr. 1. de Præſumpt. qv. 89. num. 100.* MATTH. STEPHAN. *ad d. art. 33.* 4. Ex armis ad- 23
hibitis vel non adhibitis vis publica à privata diſtinguitur ARNOLD. VINNIVS. *ad Inſtit. de Interd.* 5. Præſumtio eſt contra eum, qui armatus homicidio adſtat, qvaſi effecerit, ut alter ſecurius & commodius homicidium com- 24
mitteret. RICCIUS *Deciſ. Neapol. 64.* Illud heic non intempeſtivè qværitur: An ſi apud plures repertus eſt enſis vel gladius, omnes puniri debeant? Et qvidem recepta hic videtur oppinio affirmans, qvod ſinguli teneantur ſolvere

pœnam à ſtatuto vel edicto impoſitam, ita tamen, ut uno ſolvente pœnam, reliqui liberentur, FLORIANUS *in L. item Mela. §. ſed ſi plures. ff. ad L. Aqvil.* ALBERIC. *in. qv. 121. num. 2. in fin.* qvi hac imprimis ratione moti, qvod certum ſit præſumtione juris, unum ex prædictis portaſſe enſem vel gladium illum; Sed alii magni nominis Doctores, ut TIBER. DECIAN. *in cap. 4. n. 5. verſ. aut vero erant. &c.* ROMANVS *in l. 1 §. hoc reſcriptum ff. ad SCtum Syllan.* à prædictis diſſentiunt, qvia incertum ſit, qvis illorum detulerit enſem, hinc neminem puniri debere, cum melius ſit nocentem abſolvere, qvam innocentem condemnare *l. abſentem ff. de pœn.* & in criminalibus reqvirantur probationes luce meridiana clariores *l. fin. C. de Probat.* Dn. DANIEL BüTTNERVS *in diſp. de Confrontatione. n. 60.* qvam nuper ſub ejus præſidio habuit Dn. HüNITSCH. Nobis in hoc ſententiarum divortio rectius hic videtur diſtinguendum: aut agimus de indicenda pœna ſtatuti vel edicti ordinaria, & tunc poſteriorum opinio, ſcilicet, qvod nemo eorum ſit puniendus, niſi alia magna indicia & adminicula concurrant; aut agimus de pœna extraordinaria, & arbitraria, & tunc priorum Doctorum opinio locum habebit, Confer. TIBER. DECIAN. *all. loc.*

Ad effectum qvoqve prohibitionis Armorum pertinet etiam pœna controvenientibus impoſita, & qværitur hic: *Qvisnam de geſtatione armorum illicita poſſit cognoſcere, & pœnam imponere?* Ubi præſupponendum per *l. qvoniam multa 6. ff. ad L. Jul. de vi publ.* qvod geſtatio armorum habeat pœnam capitalem; & hoc caſu nullus negabit, eum judicem vel magiſtratum tantum cognoſcere de hac re, & pœnam promeritam imponere poſſe, qvi habet merum imperium. In Gallia conſtitutum eſt, ut qui contra hoc Edictum de prohibita armorum geſtatione deliqverit, ſi in eo loco, ubi

depre-

deprehenditur, domicilium habet, apud judicem ordinarium cauſam dicat, & damnatus ad Senatum appellare poſſit. Cæteri errones, vagabundi, juriſdictioni præſidialium Judicum ſine beneficio appellationis ſubjacent. Confer. SIGISM. à CLOSEN. *tr. de Aphopliſmo cap. 7.* Et hoc
caſu ſi ſtatutum vult, ut inventus cum armis puniatur, tunc 26
officiales poteſtatem habent, perqvirendi ſub pallio eorum, qvos ſuſpectos ducunt, an arma ferant, & ſi mandatum officialibus, ne aliqvem capiant, tamen ubi mora periculum eſt allatura, peculiare hic eſt, ut miniſtri etiam absqve mandato
geſtantem apprehendere poſſint, ut in plerisqve prohibito- 27
riis, qvia ratione officii ad id obligati, ut putat TIBER. DECIAN. *tr. crim. libr. 8. cap. 14. n. 11.* BOER. *deciſ. 170. n. 1.* Sed qvid ſi Edicto vel ſtatuto cautū ſit, ut deprehenſus cum armis puniatur; hoc caſu putant reqviri, qvod verè & actualiter ſit captus, CHRIST. CRUSIUS *p. 1. de indic. c. 100.* Cæterum cum deprehendere nihil aliud ſit, qvam invenire, ea propter dicendum eſt, qvod deprehenſus, id eſt, inventus
dicatur & is, qvi viſus fuit, & teſtibus convincitur, licet re- 28
ipſa non fuerit captus Conf. ALBER. *in Diction verb. Deprehenſus.* Sed qvid ſi Reus arma geſtare deprehenſus, an hoc caſu ſtatim carceri eſt mancipandus, an verò datis fidejuſſoribus dimittendus? Hic Doctores ſolent diſtinguere; An pœna geſtationi armorum impoſita ſit corporalis, an pecuniaria; ita ut hoc caſu offerens fidejuſſores ſit dimittendus, illo non item, quamvis putem ſubdiſtinguendum, an fidejuſſor detur de judicio ſiſtendo, an judicatum ſolvi: ut caſu priori, ſi perſona honeſta, nec vagabunda, vel dubium ſit, quæ pœna infligenda, vincula effugere poſſit, fidejuſſoris de judicio ſiſtendo, datione *l. 1. 3. & 5. ff. de cuſtod. Reor.* Confer. SELECTA MEA JURIS PRIVAT *Exercit. VII. ad tit. de cuſtod. & exhib. reor,* qvæ omnia tamen potius ex criminis